227
E 66

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 66



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 66


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 66



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 66



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 66



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 66

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 66

~~1 K 5 i 6 9~~
227 E 66
NKr. 206

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 66

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 66

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 66

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 66

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 66

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 66

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 66

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 66

Fratris baptiſte mantuani carmelite theologi et poete preſtantiſſimi Parthenice Tercia Diuarū. Margarite Agathes Lucie et Apolonie Agonas continens



KONINKLIJKE BIBLIOTHEEK

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 66

Argumētū Aſcēſianū in diue Margarite Agonē

Diue margarite agonē cantaturus poeta ab admiratione quadam vtili
auſpicatur: admiratur enim tantam virtutē puellis et etate et ſexu fragili/
bus datam vt deos veteres olim religioſiſſime cultos exegerint cuius cau
ſam docet ſpiritusſancti poſt aduentum chr̄i in corda credentiū immiſſionē
Deinde pollicetur ſe tris virgines: margaritam. agathen et luciam deſcri
bere: quibus tñ et quartam additurus eſt: apoloniam. Incipiens aūt do/
cet parentes diue margarite antiochie originen traxiſſe ab antiocho illo
magno q̇ vrbem cum prius reblata dicerentur: a ſe antiochiam denoīauit
Qui cum puelle recens nate nutricem diſquirerent: nulla eſt (deo id pro
curante) in tota vrbe inuenta q̃ eſſet officio illi ſatis viſa idonea verū rure
accita mulier honeſta forma et probatis moribus: et a parētibus ſuis / qd
illos latebat / in fide chr̄iana fideliter inſtituta (Licet eniz antiochie petrꝰ
primam ſedem: et fideles primam chr̄iani nominis appellationē habuerit
tamem ſeuiente pſecutione: fides duntaxat in agro permanſit) Ea ergo
ſedule nutritā vt primum per etatē potuit chr̄ianis ſacris initiauit atqꝫ in
formauit: vñ ad ſacra iouis a parentibus vocata: pridie cū in cubiculū iret
priuſqꝫ ſe reclinet / matre obſeruante q̇dnam ageret / ſe ſigno crucis et tacitꝫ
precibus muniuit Deprēſam autem chr̄ianam cū mater neqꝫ precibꝫ neqꝫ
minis auertere valeret: ad patrem detulit q̇ furibundus vtrāqꝫ tā nutricē
q̄ꝫ alumnam in agros faceſſere coegit. Ubi diua virgo cū nutrice parce ac
duriter viuens: pecuſqꝫ illius cuſtodiens adoleuit: donec: ſeu caſu: ſeu (vt
poeta aſſerit) veterum deorū veneris p̄cipue et mercurij fraude: ab olym
brio p̄fecto vrbis illac venatum profecto viſa atqꝫ admirata (Erat enim
egregia forma et honore venerabili p̄dita) percunctataqꝫ quenam eſſet: ꝛ
cur in agro viueret: reſpōdit ab antiocho ortā et ſacris chriſtianis initiatā
et a patre ob id exactā. Nam ille et forma et lepore eius captus in vrbem
trahi iuſſit vt a fide auerſam ſtupret Uerum a coniuge illius pellicem rata
pudicicia ipſius cuſtodita eſt Cum autem inſaniens prefectus a conſtātia
dimouere minis nequiret: pollicetur reiecta priore coniuge ſe illam ductu
rum. quam conditionem cum deteſtaretur iuſſit virgis īmaniter ceſam in
carcerē teterrimū detrudi: vbi ab angelis curata: ſed a venere aut alio de/
monio ī forma draconis abſorpta viua: cū ſe ſolito crucis ſignaculo muni/
uiſſet per mediam crepantꝫ aluum incolumis emerſit: moxqꝫ a proteo ſeu
alio demonio nequicqꝫ illuſa: formoſior q̄ꝫ fuerat prefecto ſiſtitur. qui ne fi/
des augeatur capitalem in illam pronunciauit ſententiam: qua accepta p̄/
cibuſqꝫ a deo approbatis triūphanter in celos introducta eſt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 66

Baptiſte mantuani Carmelite Theologi Tertie Parthenices Ad illuſtriſſimã Iſabellã Mantue Marchioniſſam Diue Margarite Agon.

Vis nouꝰ iſte furor veteres q̃ turbine tãto
Expellit(res mira) deos. potuitq; puellas
In ſuperos amare. quibus regna oĩa. et ipm̃
Auguſtum rome imperium. quo nulla poteſtas
Sub ioue maior erat. capita incuruare ſolebant
Que vis tãta Vnde hec animis audacia noſtris
Vt mutent impune deos Si forte gigantes
(Vt perhibent) voluere Iouẽ detrudere olympo
Res aliena minus. fretos quia robore et armis
Grandibus ac mẽbris immanibꝰ. alta deorum
Tecta polo ſperare minor dementia certe.
At tener hic ſexus natura imbellis et vſu
Qua ſperare vnq̃ de religione triumphum
Debuit antiqua. non palladis egide fultum
Pectus erat tenerum. ſicule nec in ignibꝰ Aetne
Pronus in incudem feriendo armauerat illas
Mulciber. vt ſtarent Iouis ignea fulmina cõtra
Tanti operis grauitas et magnificẽtia cauſam
Arguit ingentem. nec in his mortalibus author
Eſſe poteſt qui molem iſtam vectauerit oris.
Si regno expulſi. fuit vlla potentia diuis
Maior. vt inuitos ſolio exturbaret ab alto

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 66

Illa potens igitur que condidit omnia virtus
Viſa diu mortale genus contemnere. ſeu q̄
Id ſcelus exigeret noſtrū. ſeu legibus vllis
Que ignorantur adhuc. ſic ire iubētibus orbem
¶ Poſtq̄ ſera dies ſeclis labentibus etas
Intulit extremos. tacitiſq; abſcondita fatis
Tempora diſrupit diuina potentia celos
Et pluit in terras ignem atq; incendia nullis
Inſpicienda oculis mortalibus. intima tantū
Vis ea corda mouēs. homines accendit. ⁊ vmbrā
Caligantē abigens menti lucem influit almam
Sic afflate auris anime celeſtibus audent
Fortibus ire animis cōtra mala numina. diſcūt
In terris optare nihil. ſed olympica ſolum
Regna. deum. ſuperos. ac faſtidire caducum
Corpus. et eternis meditando aſſueſcere rebꝰ.
Hec ea que negat ara deos. que ſaxea virtus
Numina cōtemnit. que tot ſimulachra per orbē
Terrarum. et veteres ſpreto ioue ſuſtulit aras.
Hoc alie plures quarum certamina longis
Texta voluminibus. ſancte docuere puelle.
Tres mihi (ſi votis magni regnator olympi
Fauerit. et menti diuinū infuderit imbrem)
Carmen erunt. tu ſancta ſpro dominata draconi
Margaris. et teneras Agathe lacerata mamillas

Tuqꝫ ſyracuſiam decorans aretuſias vrbem
Lucia. virginitas eadem tribus. vna puellis
Forma recens etas. necdum bene nubile tēpus
Ama eſt aſſyriam pecudū frugūqꝫ feracē
Nobiliū altricē late regnaſſe per omnes
Finitimas gentes. illic babylonia quondam
Bellipotēs. hominūqꝫ parens antiqua damaſcꝰ
In boream ſurgens: parthos attingit araxem
Armenioſqꝫ petit: cilices deſcendit ad agros.
Alluiturqꝫ mari quod nominat inſula quondam
Sacra dionee veneri. nilotica regna
Turiferoſqꝫ arabes ⁊ perſica terminat arua.
Vrbs illic vbi terra cauis eſt humida campis
Reblata. quā magnus ſtrueret dū menia ⁊ altis
Latius ambitam muris extenderet vrbem
Antiochus dixiſſe ſuo de nomine fertur.
Hic dū ſtaret adhuc veterū vana illa deorū
Relligio. claris virgo natalibus orta
Margaris ingreſſa ē prime incunabula vite
Cum queſita diu totamqꝫ inuenta per vrbem
Nulla foret curante deo. data ruſtica nutrix
Docta deum. crines abluta fidelibus vndis
Vt completa ſonū vocalibus organa plectris
Flectere ceperunt. potuitqꝫ infantia fari.
Sancta deum et ſacros ritus ac ſigna puellam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 66

Myſtica ſacrorum diuinaq; nomina nutrix
Clam docuit. falſa ne relligione parentes
Implicitũ. velut intorto qui ſplendet in aſtris
Angue vir. opprimerent cõceptã pectore lucẽ
Lacteus vt tenerũ liquor inſtillatus in ora
Corpus alit. ſic innocuas infuſa per aures
Sancta fides animũ. duplex alimonia totam
Auget. ⁊ extẽdit teneros equaliter artus
¶ Dĳquib⁹ ingeniũ ſolers auidũq; nocendi
Sẽper. ⁊ inuidie ſtimulis agitãtibus ardens.
In primis athlãte ſatus. venus atq; cupido
Ingemuere. vidẽt atrox ſibi ſurgere belluum
Inſtare inſidias. tẽpeſtatemq; moueri.
Tũ ven⁹ o germane. iouis ſate ſãguine magni.
Perſea qui armaſti contra phorcynidos ora.
Qui centũ vigilãtẽ oculis interficis argum.
Aſpicis exiguo quãtum ſub pectore nobis
Dedecus exurgat. regnis cõtraria noſtris
Factio qua ſenſim nos fraudũ indagine claudit.
Nõne tibi tãtam hãc terris excludere peſtẽ
Eſt animus diuum interpres Einitere toto
Ingenio quo tãta potes germane. precatur
Te ſoror. atq; iouis dom⁹. ⁊ genus õne deorum
Sic venus. ⁊ contra maie ſic filius orſus.
Qđ germana rogas magna illa potẽtia noſtris

Fortior ingenijs fieri vetat. ante notaui
Que memoras. ⁊ nulla via eſt inuēta nocendi
Sed tu diua ſoror fas hoc tibi. virginis ora
Fac formoſa. oculis infunde cupidinis ignem.
Et flammis accende genas. cādore tumentem
Pinge ſinū. mēſura ōnes ſua corrigat artus
Sic dederis graue ⁊ acre malū. mortalibꝰ atrox
Suppliciū. nulla eſt homini. (tuq; optima teſtis
O germana) lues mulieris imagine maior
Omnipotēs (meminiſſe potes) cū bellua factus
Iuppiter Europam tergo tulit. ignea quādo
In medijs Neptunus aquis incendia ſenſit
Cū rapta eſt ſpartana nurꝰ tū lumine captus
Iſte puer vicit qui reſpicit omnia phebum
Tanta hec feminee fecerunt omnia forme.
Sic ait. inuenta riſit dea cypria fraude.
Artificeſq; manus teneris doctiſſima formam
Applicuit membris. ſeſeq; imitata ſuperbum
Finxit opus gaudens. et eris mea dixit imago
Nobilior coo gnidio magis inclyta ſigno.
¶ Tēpꝰ erat quo ſacra ioui celebrāda monebant
Faſtorum annales. victos cum terra gigantes
Ulta tulit verbis leſuram numina famam.
Dum cū prole domum parat accerſita reuerti
Serta ligat nutr ix. riguo decerpit ab ho rto

Quicquid olet. ſerpilla. roſas. caſiāqꝫ thymūqꝫ
Abrotani menteqꝫ nemus. picturat alūnam
Floribus os narduꝫ ſpirat. ſinus halat amomū
Pīnat vtriqꝫ humeros amarāthꝰ. amaracꝰ ābit
Brachia. ⁊ alba rubro talos tegit inſtita limbo
¶ Mater vt in reducē cōuertit lumina natam
Admirata decus leuat. et p̄mit oribus ora
Oſculaqꝫ ingeminans oculos frontēqꝫ genaſqꝫ
Lambit. et admorſa in facie nota manſit amoris.
Sero vbi ſtellatam fecerunt ſidera noctem.
Lata eſt in thalamos lecto accubitura parentum.
Iamqꝫ initura thorum dextrā leuat. oraqꝫ p̄mū.
Pectora mox. humeros demū cū murmure ꝑuo
Ter premit erectos tollens ad ſidera vultus.
¶ Contemplata parens exangſ expalluit ore
Non aliter q̄ꝫ qui ignorans offenderit anguem.
Nutricemqꝫ vocans. heu quiſnam ritibus iſtis
Sacrilegis natam inſtituit. vidi impia vidi
Signa figurantem dextra. tacitiſqꝫ loquentem
Neſcio quid magicum labris. tu ne iſtius ergo
Cauſa doli. perdiſqꝫ genus temeraria noſtrum
¶ Illa. mei dixit ſic me inſtituere parentes
A teneris. et in hac ego relligione adoleui
Hactenus. at genitrix acceptum corde dolorem
Diſſimulans vbi ſole dies noua claruit orto

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 66

Ad ſacrum cum prole mouet veſtigia et alta
Templa ſubit. lucent rapidis altaria flammis.
Quas circum mugire boues. clamare miniſtros
Ante iouis ſimulachra vidēs. ſcel⁹ enthea virgo
Horruit. et ritus eſt execrata nefandos.
Ora notās genitrix videt obtenebraſcere frontē
Et pallere genas. et faſtidire puellam.
Poſt epulas igitur vocat in conclauia ſolam.
Et ſuadere iouem et genus inſpirare deorum
Nititur hec memorans Ego te mea nata vocaui
Vt doceare deos. ignotaqꝫ numina ruri.
Rura ſciunt curare greges. imponere plauſtra
Bobus. et attrito terrā proſcindere aratro
Vrbs leges. vrbs docta deos et ſacra deorum
Imperat agricolis. atqꝫ omnia temperat arua
¶ Accipe nunc igitur. que te mea nata docebo.
Dij fecere orbem. terras. mare. et aera et aſtra.
Nos quoqꝫ. et oē gen⁹ pecudū. gen⁹ oē animātū.
Ipſi habitant celos. ipſi labentia torquent
Sidera. et ex alto nobis mortalibus orbe
Omnia diſpenſant. fruges oriuntur ab ipſis
Naſcimur arbitrio ſuperū morimurqꝫ. nec vlli
Fas ſperare hominum quicqꝫ ſine numine diuū
Jupiter omnipotens cui mane litauim⁹. ipſe
Eſt deus atqꝫ deum genitor. que p̄ſidet aſtris

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 66

Luna iouis proles.proles iouis altior illa
Mercurius.venus eſt proles iouis.ipſe dierum
Sol pater et mauors illi conterminus orti
Ab ioue.et artificū pallas dea vertice ſacro
Nata iouis.iouis alcides eſt inclyta proles.
Et duo tindaride.quibus inter ſidera tantus
Splēdor.et antiquo veniens ab agenore bacchꝰ
Juno iouis coniunx.ipſa eſt dea maxima.Pluto
Frater.et alma ceres ſoror.et regnator aquarum
Frater.et hos omnis qui protulit aurea quōdā
Secula ſaturnus genuit.rerumqꝫ potentes
Fecit.et ethereis totum genus intulit aſtris.
Sunt alij īnumeri.quibus vt mortalibꝰ adſint
Mortales ſua templa locant.ſua ſacra quotānis
Rite ferunt.hi ſunt quos eſt venerata parentū
Relligio.poſtqꝫ ſoli via facta per aſtra
¶ Hactenus.hos veniens etas venerabitur vſqꝫ
Quo telluris onus circundabit amphitrite.
Nam diuū immortale genus.vice mobile nulla.
¶ Sūt loca ſub terris qbꝰ ē graue tartara nomē.
In quibus ante alios auſi contemnere celum
Perpetuis ardent ceco ſub carcere flammis
¶ Eſt locus Elyſium dicunt.ſub ſidere lune
Vt perhibent.vbi certa pijs ſine fine voluptas.
Hec igitur mea nata tue mandata parētis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 66

Conde animo.et diuũ gen⁹ obſeruare memẽto
Hic genitrix.aliter virgo perſuaſa docentem
Riſit.et ore parum moto contẽnere viſa eſt.
Propterea mater triſtem recitare marito
Virginis euentum pergit.pater ocius enſem
Corripit.et furijs actus iugulare puellam.
Nutricemq; parat.letali inceſſerat igne
Corda viri alecto.torui fremit Herculis inſtar
Cum natos ratus eſſe feras ſua pignora dextra
Suſtulit hoſtili.coniunx clamore ſuiq;
Corporis obiectu prohibet.tum tota repente
Mota domus vetuere nefas.Cũ virgine nutrix
Aedibus acta ſuos petijt moribunda penates
Propterea ignotam ruri ſtatuere parenti
Degere et in campis vitam deducere agreſtẽ.
¶Ipſa ergo nutricis oues in paſcua ducens
A paſtore hominum chriſto dilecta trahebat
Penſa manu.terrãq; habitãs viuebat olympo
Sepe boni quibus eſt hominũ cuſtodia diui
Et ſuus ipſe oculis ſe ſubiecere videndos.
Et longas traxere moras cũ virgine in agris.
Virgineus diuos pudor allicit.emula namq;
Virginitas celo.diuis cognata.reſiſtit
Senſibus.et viuit celeſtem in corpore vitam.
Talia perſpiciens curis venus inuida ſanctis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 66

Cum iam nubilibus pubens adoleſceret annis
Cogitat inſidias. atq; aſpera bella pudori
Ruſtica nutricis fingit iocus ora. ſinumq;
Ubere turgentē grauido leuat. aſpera multo
Sole cutis. duroq; manus calloſa labore.
Inſtita laxa caput pannoſo innodat amictu.
Fit pater et poſita blandus feritate cupido.
Non qualis cū ſeua prius furor arma mouebat.
Paſſibus incedit raris. tranquilla ſereno
Temperies animo. facili indulgentia vultu
Spem facit. et raſis fulget toga ſerica villis
Tincta tyri. intorti frons ardua turbine lini.
Ipſa piam dulci mentitur imagine matrem
Leta oculis radians. roſeos tota ignea vultus.
Continuo apparent virides. ꝓcul ire per agros
Erranteſq; diu per roſida paſcua tandem
Mollia verſate torquentem vellera buxo
Paſcentemq; greges natā inuenere ſub vmbra
¶ Tum venꝰ īcuruata genis dedit oſcula ⁊ vlnis
Mollibus incluſe applicuit gremiūq; ſinūq;.
Continuo illabi ſibi virgo incendia quedam
Suauia et vrentes ſentit precordia flammas.
Obſceniſq; animum curis ceu nubibus atris
Aura ſolet cū flante auſtro cohit humidꝰ īber.
Inuolui. blandoq; inuadi ardore medullas

Per ſenſus quaſi per riuos venus acre venenū
Influit in mentē. quod ſi male cauta recepit
Vulnus agit ſola diuum medicabile dextra.
Id metuens aflata deo corda intima virgo
Excutit. et peſtē prohibet nondū altius hauſtā.
Mens abit ad penas erebi ſine fine manētes.
Morte laborantem chriſtum videt. aſpicit ora
Afflictata ſiti et crūdelem horrentia potum.
Cogitat incumbens et ineuitabile fatum.
Talibus omne ſolet ſanctorum induſtria curis
Declinare nefas. ſenſuſqꝫ inhibere vagantes.
¶Tum ven⁹. o mea ꝓgenies dulciſſima vētris
Sarcina dulce animo pondus. ſuauiſſima cura
Si fortaſſe patris veterem reminiſceris iram
Et dubitas ne durus. adhuc. depone timorem.
En tuus. en mitis genitor tibi. lumina tolle.
Atqꝫ agnoſce patrem. cur te rubor ante parentes
Occupat. ante tuā tibi que famulatur alumnā.
Hic venus. ora procax dudum formoſa cupido
Contemplatus init pluſq̄ decet oſcula patrem.
Ipſe ſuo calet igne puer. repetitqꝫ puellam.
Ore genas os ore premēs complectitur omnen.
Inſpiratqꝫ faces. et corripit igne medullas.
Percipit inſidias virgo. mentemqꝫ moueri
Inflāmari animū. gaudet ſimul et dolet. egrā

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 66

Dulcibus his curis ſenſumqꝫ inhibere volentē
Aggreditur nutrix. miſſaqꝫ ad pectora dextra
Ecquid alumna īquit viſa es trepidare parētes.
Aude animo. tibi namqꝫ iocos et gaudia portant
Deſpondere tibi iuuenem florente iuuenta
Conſpicuū. forma inſignem. cui predia centum
Uberibus glebis. et mille armenta per agros.
O felix virgo ante alias. fruitura marito.
Tot fruitura opibus. tua ſic mirabitur ora.
Oſcula ſic carpet. ſic amplexabitur aluum
Dulcibus hanc natis implebit. et vbera lacte.
Sic tibi blandus erit. vitamqꝫ animūqꝫ vocabit.
Talia proſequitur memorans quecūqꝫ puellas
Oblectare ſolent. ſegmenta. monilia. inaures.
Interitura breui. fures metuentia ſemper
Blandimenta. leuem bona deluſura iuuentam.
His depreſa dolis trepidat velut agna luporū
Excepta īſidijs. modo mēs. modo ſenſ⁹ habenas
Obtinet. at tandem ceu cum de nubibus ardor
Fulguris erumpit. nitidū iubar ignea virtus
Eliciens tenebras tempeſtatemqꝫ repreſſit.
Confeſtim velut ex alto emergentia ſomno
Lumina circūfert. videt emigraſſe figuras.
Et genua incuruans oculis ad ſidera verſis
O ſancti celorum animi. quibus omnia dixit
Sunt ſubiecta. pie quanto diſcrimine mentes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 66

Hos habitēt artus (nō eſt opus indice) noſtis
Noſtram igitur ſeruate fidem. ſeruate pudorem
Neu ſinitote animis tantum iouis arma nocere
Finierat virgo. cum ex aere forma repente
Nata ait. hic aderā cum te venus atq; cupido
Et iocus aggreſſi longo tenuere duello.
Vt videre operam ſe perdere. caſpia contra
Littora pergentes ad phaſidos arua volarunt
Nāq; legunt illic vexare potentia mentes
Gramina. et aeriam condēt ex gramine peſtem
Qua perfuſa labant hominum precordia. ſed tu
Nunc experta vides molem ſtimulumq; veneni
Tu vero forti eſto animo. victoria poſcit
Hec celo ſibi grande aliquid. ſed gloria maior
Parua triumphato veniet poſt tēpora mundo.
Tu fidei factura fidem. domitura tyrannum
Et decus eternum terras habitura per omnes.
Celorum viſura domos. vbi rector olympi
Inter mille choros diuum immortalia partit
Premia. mortales non admittentia ſenſus.
Tu breue felici ſtadium certamine curres.
Tecū ero. nec patiar quicq; crudele videri.
Neglige terreſtrē vitā. morientia in horas
Mēbra anime clauſtrū imūdū pōduſq; moleſtū
Excelſo inuictoq; animo mortalia nauci
Omnia pendente in terris vnde orta. relinque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 66

Ad celos celeſtem animum ſine leta reuerti.
Hic ait. et tracto diſceſſit in aera vultu.
¶ Luna ter occiderat. totienſqꝫ reuiſerat orbe
Lucida cōpleto. cum maia atlantide natum
Inuentura venus libani de vertice in omnem
Proſpicit aſſyriā. leuat ad iuga taurica viſum.
Armenias verſis legit et ſidonia rura
Luminibus. videt vſqꝫ paphū. videt vſqꝫ cytherā
Tandem feſſa oculos et faſtidita videndo
Tollitur in ventos et ſe ſuper equora librat.
Dum feſtinat iter cretam. fuit obuia caſu
Iuno ſamo rediens. cum qua thaumantias iris
Diſſidiorū author Tum diua erycina. dearum
Maxima. cui frater. cui vir dominator olympi
Mercurium quero. cui magna negocia mecum
Si quibus in terris viſus tibi diua moneto.
Tunc hera. cretea dum labimur inde. ſub altis
Cū ioue cupreſſis ſpatiantem vidimus ida
Vertit eo greſſus. et cum genitore repertum
Talibus alloquitur Cillenie tempora perdis.
Chriſtus hic in toto iam paſſim pullulat orbe.
Et quantum caput ille leuat. res publica tantū
Noſtra ruit Romā quo pacto amiſimus omnem
Nuper. vt imperium longe rhodopeia ad arua
Tranſierit. nimium nobis meminiſſe neceſſe eſt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 66

Hic venus. interpres diuum nō perdimꝰ īquit
Tempora. num cenſes ea tēpora ꝑdita. quando
Immanem duraqȝ ſatum de ſtirpe tiphoei
Chriſtophorū ſtraui. aut philemona. pāteleonta
Dorotheū. theodoram. agapen. cum millia nuꝑ
Occidi ter dena virium. cum gallia vidit
Rictiouarrano treueris tot funera ferro.
Sed quid opus noſtro tibi nunc Cytherea labore
Poſce operam tibi nāqȝ libēs impertiar omnem
Tunc venus o germane potes meminiſſe puelle
Illius aſſirie. et memini cillenius inquit.
Illa ait illa venus. noſtre grauis emula forme
Creuit. et ad ſedes vacuas aſpirat olympi.
Impia contemptrix magni iouis atqȝ deorum.
Dedecus hoc abolere paro. tu qui potes harpe.
Qui potes ingenio. fer opē Noſtra omnia ꝓdē
Arma in eam contrita. nihil profecimꝰ. illa
Nil alios rata poſſe deos ſine fine ſuperbit.
Nos omnes illi indecores. obſcuraqȝ turba.
Sic venus. ille patris nutu talaria plantis
Alligat. et veneri comes it Phinicia cū iam
Regna ſubintraſſent Hermes ait o ſoror ibo.
Prefectūqȝ vrbis venandi ardore mouebo.
Noſti hominem. noſti ſexū q̄tum ardet vtrūqȝ
Tu vigil obſeruato oculis cum retia cernes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 66

Atqꝫ canes.tranſi in leporem dāmāue fugacem
Et curſu pete rura quibus pecus illa coegit.
Cetera ſcis.nec eges alio germana magiſtro.
Hic operas partiti abeunt Cillenius vrbem
Intrat.et in ſerui formam conuerſus ariſbe
Rure reuertētis domino inter prandia dēſos
Commemorat ſaltus . vidiſſe armenta ferarum
Ad fluuios potum magnis deſcēdere turmis.
Ludere propter aquas . campos tondere virētes
Cum catulis.predeqꝫ occultū inſpirat amorem.
Ire parat.nam forte dies erat ille nefaſtus.
Quo leges de more ſilent.date retia dixit.
Sternite equos .adhibete canes.venabula ferte
In virides igitur prefectus olpmbrius agros
Pergit agens celeres turmas hominūqꝫ canūqꝫ
Iam ſaltū prope conſtiterāt. cū protinus vmbris
In ceruum conuerſa venus ſe protulit alto
Vertice.cui niueus.niueo ſub pectore venter
Frons ſtellata.Canum cuneos equitūqꝫ videres
Tollere clamorē extemplo.totoſqꝫ per agros
Dilabi.vt quotiens vaſto padus effluit eſtu.
At fera pernici rapitur per deuia curſu
Trans dumeta volans ferturqꝫ per aera lōgis
Saltibus.interdum ne deſperare ſequentes
Cogat.iners claudo tardat veſtigia paſſu.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 66

Et tripedem ſimulat. tum ſpes arrecta viroꝝ
Atq; canum vires duplicat. date lora. moloſſis
Vociferans prefectus ait. date lora. viamq;
Fluctuat õnis ager curſu. pars terga ſequũtur
Pars leua dextraq; ruunt ⁊ inaniter omnis
Mercurio accingunt animos fallente labori
Margaris audito longe per rura tumultu
Stat trepidãs. ⁊ proſpiciẽs mox vimine longo
Sedula cogit oues. properãſq; ad ouilia tendit
Cũ gregib⁹ Nec adhuc tectis ſucceſſerat. atrox
Cum prefectus adeſt turma comitatus equeſtri.
Oberius gaudens. etenim per anhela repente
Ora canum per acuta virum venabula mittẽs
Ceruum annoſum alta tollentẽ cornua fronte
Vmbroſo elicitum ſaltu dea callida predam
Fecerat. ipſa volans beliali euaſerat aſtu.
Preteriens igitur faciem ſub ruſtico amictu
Vidit ampcleam. ciliíſq; ardentia nigris
Lumina. neglecteq; decus mirabile forme.
Vidit. et exarſit. nec fert incendia. virgo
Pectore proripitur pauido. greſſuq; citato
Ante gregẽ. fugit ora virum. fugit impia corda
Ipſe libidinibus totam ſine lege fruendis
Curã adhibẽs. mora nulla. domos temerari⁹ ĩtrat
Aſcitamq; iſta compellat voce puellam.

Fare genus nomēq;. ſimul cur ruſtica tecta
Iſta colas. quoniā vrbane tibi forma puelle
Illa autem ſic orſa loqui nil territa. dicor
Margaris. antiqua mihi ſunt ab ſtirpe parētes
Antiochi. patrie fecit qui nomina noſtre
Relligio michi chriſtus. adhuc dum lactea paſca
Vbera. natales maculas in flumine laui
Et genus et nomen laudamus olymbu⁊ īquit
Vtpote que tanta digna indole. cetera cōtra
Ceſareas leges opus eſt plecti atq; aboleri.
At quoniam ſimplex rerūq; ignara iuuentus
Errores facile in varios prolabitur. vltro
Do voniā (dare nāq; meum) niſi numina Rome
Que gentes et regna colunt. cōtemnere pergis.
Hic ait. et miſſis ad colla tenerrima vinclis
Cum nutrice ferox iubet ad pretoria duci.
Ad venus obſcenā prefecti accendere mentē
Non ſinit. et voti compos ignem adijcit igni.
Nam volitās ab equo ī menſas. ſtribūd⁊ hiacho
Proluitur. flagranſq; graui ſe ingurgitat auro.
Tum forte occurrens conſpecta virgine cōiunx
Inter lora genus mox percunctata reſoluit
Vincula. et ingeniū petulās meditata mariti
Hec erit hec inquit pellex mihi Vulnerat iſta
Suſpitio exangui muliebria corda pauore.

Dat venus hos ſtimulos. odiūq; imane puelle
Hic oritur. ſancti cuſtos inimica pudoris
Femina fit. cupido dum luxurioſa marito
Gaudia zelotypi negat impatientia amoris.
Et quoniam defenſor abeſt (induſtria diuum
Tam vigil et conſulta) pudor ſeruatur ab hoſte
Mens abijt. fera corda viri venus atq; cupido
Sollicitant. imas bromio inflāmante medullas
Ergo ſui incompos thalamis prodire tremētē
Imperat. et tali aggreditur ſermone puellā.
Si placare deos et ponere ſacra tonanti
Non renuis. tibi preſenti conſorte repulſa
Nubere mens tecūq; nouam producere prolē.
Sin tibi vileſcunt ſuperi. dementia perdet
Te tua ſola feres ſqualentē carceris umbram.
Compedibus ſuras et inerti oppreſſa cataſta.
Nec ſatis hec. patiere famem ieiuna. domandū
Hoc tenerum. et tenerum dicens palpare puellā
Tentat inops mentis. referens veſtigia tactum
Margaris euaſit. ſequitur fando ille. domandū
Acribus id tenerum flagris ac verbere duro
Corpus. ad extremū ferro exercebere et igni.
Sic ait Illa deo iam dudum afflata triformi
Nil iam corda tremit. dirum inuaſura tyrānum
Concipit ingentes animos. ac talia fatur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 66

Quid me immunde tuo cupis inceſtare veneno
Uxorem mutare nefas. abducere nuptam
Par ſcelus alterius. nupſi iam paruula chriſto
Cum laui ſacro amne comã. tum federe nũq̃
Immutando illi corpuſq; animumq; dicaui.
Uincla. famem. ferrũ. atq; ignes deſiſte minari
Hec ſunt illa. quibus celi mihi limẽ emendũ eſt
Et quibus ad ſuperos iter eſt. in corpora tãtũ
Jus tibi. tranquilla irarum inſtrumenta tuaꝝ
Mente feram. nec enim de eq̃bilitate mouebor
Hac animi. preſente deo. ſuperiſq; ſecundis.
Margaris hec. aſt ille odio furioſus acerbo
Ardet. vt iratus coluber quando ore trilingui
Sibilat. et caput attollens in prelia ſurgit
Cedit amor furijs. rauco vocat ore miniſtros
Qui celeres nudatã humeros ⁊ pectora ad aluũ
Uſq; premunt grauibus flagris. ĩuicta reſiſtit
Uerberibus ſublimi animo. iã terga fatiſcunt
Nec liuent ſed cede fluunt innoxia membra
¶ Seuit adhuc crudi nondũ ſatiata tyranni
Impietas. vinctam loris ſub inane baratrum
Carceris ire iubet. tenebris vbi ceca profundis
Nox ſilet. hic ieiuna ſedet. fluidumq; cruorem
Crinibus abſtergit membris animoſa virago
Nil metuens. nec eñi denſas conſiderat vmbras.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 66

Sed celeſte iubar. mentemq; in ſidera tollit
Diuorūq; ingreſſa choros ſpaciatur olympo.
Tum pater omnipotēs ſumma de ſede miniſtrū
Cui nomen paracletus erat. deſcendere mādat.
Qui ferat ethereo radios de lumine ſeptem.
Somniferaſq; fuget tenebras. et vulnera moly
Tergeat applicito. leſoſq; refrigeret artus.
Ille per hydrophorum veniens iā v̄berat alis
Frigora ſaturni. iam ſub iouis ambulat igne
Marte calens. iam ſolis equos tellure ſub alta
Ire videt. nemeeſq; graui ſudare ſub aſtro.
Labitur in venerem. cyllenia tecta ſubintrat.
Anguſtoſq; lares triuie. que ſidera fratris
Accipiens totos implebat lumine vultus.
¶ Iam ſubit vmbroſum terre cahos. igne relicto
Permeat aeream noctē. ſuper equora tranſit
Carpathia. aſſirieq; cauos iam proſpicit agros
Proximus antiochi muris. ſe in menib⁹ altis
Condit. vbi extinctis nox intempeſta ſilebat
Ignibus. & ſurdo voluebat ſidera lapſu.
Nox abſtruſa ſolo penetrans vmbracula nigri
Carceris extemplo radijs effulſit apertis.
Virgo inter ſilices recubans vt lumina vertit
Ad iubar. aſtantem paracletū agnouit. & ora
Eſurie confecta leuans et neſcia ſomni

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 66

Lumina conatur ter ſurgere. ter cadit egrum
Corpus. et accedens gutto paracletus eburno
Ambroſie liquidis irrorat odoribus omnem.
Et moly aſpergens humentes ſanguine plagas
Oblinit heſterne veſtigia protinus ire.
Officio mox functus abit. ſalientia corda
Continuo accipiunt vires. et in omnia fundunt
Membra. cutem pulſat meliori arteria vento
At venus inſidias meditans vexare puellam
Aggreditur trucibus formis. et imagine feda
Grandibus horrentem ſquãmis ⁊ tergore durũ
Ceruleo phython a ſubit. cui faucibus amplis
Guttur hiat. cui frons flagrantibus ardens.
Venter iners lateq; fluens boue grãdior indo
¶ Tam inſolitum viſu tam formidabile mõſtrũ
Scindere humũ ſubito terreq; voragine ab alta
Surgere in imenſum cũ flãma ⁊ turbine viſum
Perſtrepit. et lato exanguem petit ore puellam
Ac viuam ſolidamq; vorans deglutit in aluum.
Illa ſui compos ſanctas cõfugit ad artes.
Nam crucis elicito phytonica viſcera ſigno
Rupit. vt eſtiuas incluſa tonitrua nubes
Diſcutiunt. ſon⁹ ad vigiles quos cura tenebat
Carceris. aſcendit. totaſq; exterruit edes.
Non aliter ꝙ̃ cum magno irritata vaporum

Terra paroxyſmo labat. et quatit alta domorum,
Fundamenta. tremunt motis laquearia tectis.
Indignata venus tantum potuiſſe puellam
Inſidias molita nouas. ad protea doctum
Fingere mendaci ſimulachra immania vultu
Vertit iter. tripolis vidit per littora ſolum
Ire ſenem ballenarum. pelagiq; potentem
Carpathij quondā. modo maieſtate carentem
Aequorea. quem ſic animis affatur amaris
Scis proteu (proteus viſa fronte annuit illa)
Scis proteu q̄ ſim. mea quanta potentia ī omne
Quod celo genus et terris. quod viuit in vndis.
Et tamen a pueris (que ſors mea) temporis hui?
Ludor. et impunes abeunt. immo īpia ſummū
Facta decus laudemq; putant opprobria diuum
Maxime perſonarū opifex ne deſerere tanto
In meorore tuam venerem. ſuccurre ruenti
Imperio iouis et ſuperum. leuiora gigantum
Bella fuere. vides vt nunc in gloria diui
Turba ſumus. templa incipiunt ſordeſcere. ⁊ are
Frigide et exangues. iter ad delubra deorum
Pube latet viridi. via redditur inuia nato
Gramine. fer proteu fer opem. miſerere tuoꝝ.
Proteus. o germana iouis ſaturnia proles
Alma venus dixit. grauis eſt iactura decorū

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 66

Et niſi me fallunt priſcorum oracula vatum
Hic finis iouis imperio. iam ſecula currunt
Altera. et a celo in terras noua labitur etas
Ne tamen a nobis diuum deſerta videri
Cauſa queat. neu me fruſtra ĩploraueris. ad ſuꝫ.
¶ Tum dea conſilio ſeniorem inducit aperto
Carceris in tenebras ad ſollicitanda puelle
Corda metu. criptam ſubit alta nocte ſilentem
Lumen et os cyclopis habẽs. pigneaqꝫ mẽbra
Flãmam oculis ſpirans et naribus. illa figuram
Intuita immanem tanto neqꝫ territo monſtro
Indignata magis. curuo ĩuolat vngue capillos.
Herculeaſqꝫ deo vires animumqꝫ ferente
Sternit humi. genibuſqꝫ vterum fariẽtib⁹ ora
Cote premit. miſſoqꝫ implet caua guttura ꝛ orbẽ
Puluere. mox proteus diuina in virgine numẽ
Experiens. verſa diſceſſit in aera forma.
Diua latens q̃ꝫq̃ꝫ dolet attamen ore ſereno
Riſit. vt immunda vidit tellure volutum
Protea nudari ſublatis inguina plantis.
Sũma dies aderat cũ factus in ethera liber
Tranſitus innocue per ahenea vulnera menti
Nam metuens ne ſi longas ſeruata fuiſſet
In penas. manifeſta fidem miracula ferrent
Latius. ꝛ tali fieret celeberrima pacto

Relligio.indixit fatum crudele tyrannus.
Et cedi iubet enſe caput.ſua funera virgo
Vt cognouit agens grates ſic orſa tonanti.
O pater vnde fluit rerum immutabilis ordo.
Cui fas eſt quodcūq; libet.cui lege voluntas
Libera.cui preſens quod preterit atq; futurū ē
Quod tua me pietas tali velit ire triumpho
Ad ſuperos.fieriq; tuis de ciuibus vnam
Tā celebri ingreſſu.nō ſum tā grandib⁹ equas
Vna ſatis grates meritis perſoluere.quantū
Tu me poſſe facis refero.mea membra litari
Atq; tibi noſtro fieri de ſanguine ſacrum
Inſtituo.venioq; tuas noua victima ad aras.
Accipe virgineos artus eterne ſacerdos.
Ac flammis accende tuis mens ſola ſuperſtes
Ad tua mortali veniat ſine pondere tecta.
O mundi preclare opifex dignare precantem
Ante obitum dono hoc animaꝝ.bonitatis ab alto
Aequore.ab ingenti pelago pietatis in orbem
Aeternis fluat hic ſcatebris curſuq; perenni
Riuus vt ad noſtrū quiſquis confugerit olim
Subſidium votis ſemper felicibus oret.
Atq; meis vacua nunq̄ prece ſurgat ab aris.
Margaris hec.ſonus etherio deſcendit ab axe
Audita es.ſecura veni.te expectat olympus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 66

Gaudia reſponſo tali concepta furorem
Exciuere pium. cupit ire in fata. ſuumqꝫ
Carnificem ſtricto aſtantem crudeliter enſe
Prouocat. ⁊ poſito iugulum ſupponit amictu
Nil cũctata. graui tum protinus ille lacerto
Colla ſecat. ſanctumqꝫ haurit romphea cruorē
Spiritus e clauſtris fugiens mortalibus inter
Agmina celituum victor migrauit in altum
Aethera. et extremo ſedem ſortitus in orbe
Gaudia cum magnis habet immortalia diuis

Finis Agonis diue Margarite

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 66

Argumētū Aſcēſianū ī diue Agathes Agonem

¶ Poſt diue margarite agonē ſecūdū propoſita ꝓſequitur diue agathes
certamē: inuocatqꝫ primū diuinum auxilium: vt ſine quo nullū rite fundat
exordiū. deinde ꝑtem executiuā īgrediēs comemorat monſtra ꝙ in ſcicilia
ante fidei criſtiane lucem orta ſunt. Illic enim gigantes ventrimani et cyclo
pes fuiſſe perhibentur: ſed poſt fidē criſtianam ceperunt cū relegione mo
res īmutari: preſertim diue agathes exemplo que cathane vrbe ſicilie nō
longe ab etna claris natalibꝰ genita: forma quoqꝫ corpoꝝ et virtute animi
ceteris preniṫuit. Cuius amore quintius ꝓfectus a decio imperatore roma
no etiā tyranno miſſus tandem exarſit inſtigantibꝰ cū ad hoc dijs gentiliū
Verū virgo veri dei munita preſidio nulla via ad cōſenſum illicitorū amo
rum pertrahi potuit. vnde ille (vt fit) tanto acrius quāto minus erat ſpei
imflammatus: cum illi vim ob parētum claritatē inferre non auderet: ani
maduertit in eā noue religionis genus: dixitqꝫ magica arte deluſā: nec me
lius reduci ꝗ ſcortorū cōmertio poſſe. Itaqꝫ aphrodiſie cuidam lene ac me
retricule vetule que natarū ſtupro iāpridē victitabat: eius ſeducēde ꝑtes cō
mittit. Verū tñ abfuit vt virginē a ſancto ꝓpoſito auerteret: vt etiā ipſa am
plius tentare verita: eius cōſtātie virtutē miſero amatori ꝑdicaret. Vñ in
ſanus amās cōuertit amorē in crudele odiū: iuſſitqꝫ oīa ſuppliciorū inſtru
mēta afferri vt minis cogeret deos adorare. verū illa idola deos eē negās
et demonia ꝓteſtans: in carcerē detruditur. vñ poſtridie cū eadē cōſtantia ais
aſſereret: flagellis ceſa: candentibuſqꝫ laminis ad ilia appoſitis exuſta: ma
millarū abſciſſionē patitur. quā rē idignā generoſus eius animꝰ egre tulit. ex
probrauitqꝫ tyrāno ea membra abſcindi eiꝰ iuſſu que ī materno ſuxerat pectore
Sicqꝫ ſaucia et mutila ruſus in carcerē detruditur. verū petrꝰ apoſtolꝰ me
dicis celeſtibus: luca coſma et damiano comitatus cum multo lumine carce
ris tenebras ingreditur. Cūmqꝫ illa medicas refugeret opes: edocta a deo
miſſos humiliter cum ſanitate recepit letiores animos. Quam quatriduo
poſt eductam miratꝰ tyrannus dixit a dijs ſanatā vt grauioribus torque
atur ſupplicijs. at illa ꝯtra. prudēter aſſeruit nihil boni a malignis ſpiritibus
quos pro dijs tyrannꝰ coluit: ſed oēm quā poſſent perniciem inferri. Quo
audito inſaniens tyrannꝰ iubet per teſtas acutas et cādentes carbones
īmaniter trahi. Inter que īmaniſſima tormēta deo miſerante maximꝰ ter
re motꝰ excitatur vñ etiā cōſulares viri obruti totaqꝫ ciuitas exitiū timu
it. Vñ territꝰ quintiꝰ in carcerē retrahi iuſſit: vbi poſitis genibꝰ ſtatim feli
licē animā ad ſidera miſit. Corpus aūt a criſticolis ſepelitur. veloqꝫ tegitur
quod poſtea vrbi īminens extinxit incēdium.

Eiuſdē.F. Baptiſte Mātuani Agathe Agon.

Oſtq̃ margarite celebrauim⁹ acta ſuꝑſunt
Diue agathe memorāda nouo p̄conia cātu
Illo igitur ſctō igne meas accende medullas
Magne pater. nō quē rapuiſſe ꝓmethea fama ē
In cōmunem hominū interitū. ſʒ quo tua ꝓles
Abſtulit antiquam faciens noua ſecula noctem
Ingenioq̃ abſterge ſitū. quem longa reliquit
Ira erebi molita necem. languore ſemeſtri.
Pingue vber depaſta animi. populata vigorē
Mentis. et in ſenſus bacchata hoſtiliter omnes
Ante deos regno pulſos trinacria quondā
Italie coniuncta. graues enixa tyrānos
Languit. ipſa ſuo periens vt vipera partu.
Protulit ⁊ vaſtos īmania monſtra gigātes
Ventrimanos olim. manib⁹ quia pabula vētri
Queſierint. et cyclopes a luminis orbe
Grādi appellatos. iuga per nebuloſa pachynni.
Per lybea antra errātes. per ſaxa pelori.
Et per acragātis latera. igniferāq̃ per etnam
Aetnam vbi titanis ſobolem dixere ſepultum
Enceladum veteres ſpirare incendia. ⁊ atrum
Cum nebulis cinerē. ⁊ lapides īpellere ad auras
Ore procelloſo. tempeſtateſq̃ fragoſas
Voluere. ⁊ in cāpos ardens effundere ſulfur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 66

¶At poſtqȝ patrio ſoboles deſcendit olympo
Sancta patris ſummi. cepit melioribꝰ aſtris
Aſpirare poli regnis mortalibus ardor.
Et fetus proferre alios. manſuetaqȝ corda
Gignere. et imbibitũ redolẽtia pectora numẽ.
Imprimis cataneam agatham ſplẽdore parẽtũ.
Forma. etate. opibus. claram. cui rector auerni
Ille per etneam qui ſe cratera volanti
Suſtulit in celum curru. rapuitqȝ parentis
Theſmophore natã flores in ſerta legentẽ.
Ille inquã fedo ore niger crudelia bella
Mouit in eternas cupiens auferre tenebras
¶Cõſul erat ſiculis vir deteſtabilis. ora
Sola ferens hominis. morem ingeniũqȝ ferarũ
Quintius a decio miſſus. ſceleraatior ipſo|
Barbaro et imani domino. ſine numine mũdũ
Eſſe putans. fieri incerto ratus omnia caſu.
Iſte videns agathen trinacrides ante puellas
Ire. venuſtate. ingenio. et natalibus altis.
Arſit eam. iaculis armatus et igne cupido
Ictu hominẽ duplici dum vult inuadere. telum
Cuſpidis aurate cocytide lauit in vnda
Sepius. in phlegethonta facem ſuccẽdit et vno
Impete percuſſit plagis fera corda duabus.
¶At deus aſtrorum dominus p̄cordia ſancta

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 66

Virginis afflatu ſtudia in contraria vertit.
Et quāto ad facinus magis ille hortat᷑ et urget
Hec armata deo. ſcelus id tanto āplius horret
Aeger amans bacchatur. vti cum taurus aſilo
Concitus erecta circūualat inuia cauda
Paſcua. collectaſqꝫ cauis vomit acriter auras
Naribus. irarūqꝫ ſonantem proijcit eſtum.
Verſat mille dolos. varias excogitat artes
Ingenioſus amor. veneriſqꝫ aſtuta libido
Relligio tandem noua cōtēptuſqꝫ deorum
Cauſa fit. his fretus titulis crudele tyrānus
Aggreditur facinus. pietas via facta nocēdi
Judice ſub vicio virtus rea ſiſtitur. actor
Impietas. patrona venus. mendacia teſtes.
¶ Scortum illuſtre fuit catane. iuuenūqꝫ vorago
Publica natarum ſtupris aphrodiſia ſeptem
Diues. agens luſas circeo carmine mentes
Quo libuit. gen⁹ omne mali maga docta veneni
Iſtius in ludum diſciplinamqꝫ procacem
Miſſa agathe celeſte animo poſitura ſeuero
Propoſitū. lenocinijs vicianda ſubintrat
Turpe magiſterium. talem fleuere rapinam
Acturi eterno vitam in ſqualore parentes
Sed velut incaſſuꝫ tumidis mare vberat vndis
Littoream cautem. meretrix ita pectora fruſtra

Virginis attentat. fruſtraqꝫ annititur altum
Demoliri animū. ſtant fortia pectora contra
Blandicias omnēqꝫ metum. deuota tonanti
Corda īmota manēt. quid tēpora perditis inquit
Virgo. infelices anime. quid pergitis ore
Flectere vi nulla. nulla arte domabile pectus
Flumina terrores. nimbi promiſſa. fugaces
Verba noti. moles ego ferrea. ſaxea ſupra
Fundamēta ſedens. ventos etflumina et ībres
Cōtra ſtare valens. caſuqꝫ potētior omni.
Sic virgo. admirans virtutem in virgine tātā
Horruit. et diuinum aliquid cōfeſſa. puellam
Irritare deum meretrix. nec adire puellam
Amplius auſa refert veſano hec omnia amanti
Sic memorans. fruſtra cōſul romane laboras
Quicquid id ē. humano animo cōſtātia maior
Res miranda. vllis neſcit manſueſcere verbis
Saxa ferunt ſenſiſſe lyram cum menia thebis
Poneret amphion. portauit ariona delphin
Carmine lenitus. citharam ſyluaſqꝫ feraſqꝫ
Thraiciam memorant et plectra orphea ſequtas
Seuior iſta feris. et marmore durior. eque
Fert inuicta minas et blandimēta virago.
Sic meretrix. inſanus amans cōuertit amorē
In crudele odium. furit indignata repulſam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 66

Mēs obſcena. truces vocat ad tormēta miniſtros
Infligenda. trahi iubet a lictore puellam
Ingenuam. ſimul afferri clamoribus altis
Imperat inſtrumenta. quibus ſeuire tyranni
Sunt ſoliti. latamq; implet cruciatibus aulā.
Inſontē ferus aggrediens quid ſacra deorum
Quid cotemno ſuperos. animoſa virago
Nō ego contemnis ait ſuperos. neq; ſacra deorū
Reſpondit. ſed quos ſuperos tu inſane deoſq;
Appellare audes ſunt cum plutone ſepulti
Sub phlegethonte. illic ven⁹ eſt tua. iupiter illic
Et tota cum prole miſer ſaturn⁹. olympo
Gens indigna. ſolumq; infra. non ethera ſupra
Dijs dom⁹ ē. ſuperos ideo appellare nefandum
Vos lemurum conſueti umbris. perferre neq̃tis
Chriſti ſolem oculis. iubar impia lumina ſanctū
Auerſata ſue noctis caligine gaudent.
Talia dicentem conſul ioue plenus et ira
Cedi alapis flagriſq; diu crudeliter vſq;
Imperat. ad ſacro manantia ſanguine terga
Mox iubet ad tormenta oculos conuertere. fedo
Sic minitans vultu. linguax. temeraria. diuū
Impia contemptrix. poſtq̄ȝ te inſania vexat
Tanta. alijs exempla feres. cruciabere donec
Vel melius ſapias ac dijs libamina ponas.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 66

Vel moriẽs ſontẽ hãc animã ſub tartara mittas
Illa nihil titubans et mente equabilis alta
Subriſit penas atq; inſtrumenta dolorum
Leta ergo et gaudens ac ſperabunda latentes
Mittitur in tenebras.et carcere conditur atro
Altera lux poſitis celebrarat prandia menſis.
Cum e tenebris educta iteru; cõſiſtere ad auras
Cogitur.et diuis pancheum accendere odorẽ.
Illa negans.que veſtra inquit dementia.ſaxis
Incuruare caput.lignum themeſeaq; ſigna
Appellare deos.deus eſt qui condidit orbem
Celorũ terreq; opifex.qui ſidera torquens
Suſtinet.ꝛ figit celis elementa citatis.
Huic vni mortale genus libamina debet.
Sed manuu; veſtrarum operi putri atq; caduco
Sacra dari turpe.abſurdũ.puerile.nefandũ.
Propterea neq; ſacra dabo.neq; thure litabo.
Talibus ardentes in pectore conſulis iras
Concitat eloquijs.terrene prodigia vite
Nil timet et penis occurrit attrocibus vltro.
Conſul ad aſtantes magno clamore miniſtros
Vociferat.ſpoliate magam.ſuſpendite nudam
Pubetenus.ferro lanitate.et adurite flammis
Sacrilegã.noſtrarũ hoſtem legũ atq; deoru;
Extemplo velut in leporem toto agmine pard?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 66

Fertur inhumanus lictor.nudataqꝫ duris
Membra catenarum complexibus ambit.⁊ alta
A trabe ſuſpenſam flagris domat.ilia candens
Lamina mordaci tactu premit.igne ſoluta
Jam cute liquuntur ſtridenti viſcera ferro
Et ſacer in celum rapitur vapor . vndiqꝫ feruens
Sudat adeps . mixtuſqꝫ adipi pēdentia inundat
Pallia.et in terram largo cruor eſtuat imbre.
Nec furor eſt ſedatus adhuc.cum gaudia virgo
In penis confeſſa foret.iubet vbera duro
Forcipe comprendi.niueoqꝫa pectore velli
¶Juſſa capeſſentes correpto ex igne metallo
Scintillāte ſinum inuadunt lacerātqꝫ miniſtri
Alitis in morem tytio que infeſta giganti
Exta rapit.vel que ſine fine promethea roſtro
Fligit in eternos ſemper redeunte dolores..
Tum virgo.nō te īmanis fere et impie.nō te
Ergo pudet que ī matre infans haurire ſolebas
Femineo in ſexu tam atrocibus vbera plagis
Cedere.et altrices hominū violare mamillas.
Sed mihi ſat nulli ꝙ mens obnoxia ferro.
Nil membris fraudata ſuis ſyncera ſuperſit.
Corpus eat.mole hac tandē exonerata recedā
Ad ſuperos.rapientqꝫ tui te in tartara diui.
¶Talia dicentem vultuqꝫ animoqꝫ ferentem

Suppliciū leto. iubet in chaos ire profondi
Carceris. inferri ꝓhibens alimenta tyrānus
Vulneribuſqꝫ negans vſuꝫ medicaminiꝫ omnē
Sola in nocte graui reſidens in codice duro
Conuerſis in celum oculis immobilis orat.
¶ Dum faceret medio nox alta ſilentia curſu
Et niger heſperias iret caſurus in vndas
Scorpius. illuſtri geminis ſurgentibꝰ ore
Ecce ſenex celeri lapſus per nubila curſu
Petrus. adeſt. ⁊ ceca altis abſcondita in vmbris
Claſtra ſubit. petroqꝫ comes medicamina portās
Aſſyrius lucas in nube abſconditus alba.
It funale gerens pueri ſub imagine coſmas
Peonios ambo ſuccos. aſclepidas ambo
Syntheſes edocti. fomenta machaonis ambo.
Tum virgo inſolitam lucem formāqꝫ virilem
Paſtillos et vaſa manu chirurga ferentem
Admirata. quid hec (inquit) medicamina portas
Quiſq̄s es. vlla meis nūq̄ cataplaſmata mēbris
Aut emplaſtra tuli. placido tum ianitor ore
Nil agathe dubitandū īqt. cū vulnera paſſa es
Iſta aderam. corpuſqꝫ videns curabile veni.
Allaturus opem medicā Tum vulnera tangēs
Vnguine vitali totam inſtaurauit. et omni
Corpore deterſo rediuiuis pectora mānis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 66

Impleuere ſinum. roſeoqꝫ reuinxit in ore
Cū cādore rubor. manib⁹ coma vulſa proteruis
In nodum legemqꝫ redit. compeſcitur omnis
Eſuries. liquidum teneros corroborat artus
Nectar. ⁊ ambroſie potis alimonia ſuccis.
Quarta dies alium titana ferebat in in axem
Cum grauibus ſpirans odijs letale venenum
E latebris conſul iubet ad tormēta puellam
Reſtitui. ſi viuit adhuc. ieiunia paſſam
Longa. laborantem plagis. ac verbere tanto
Protritam fato iam conceſſiſſe putabat.
Illa autem nedum viuens ſed ſplendida vultu
Purpureo redit in bellum. quam corpore toto
Incolumem miratus ait. dij prima ferentes
Vulnera. fecerunt alijs loca: ſacra tonanti
Redde ioui. vel ferre para gen⁹ omne dolorū
Illa. quid ad nugas in ſane recurris eaſdem.
Stat mea notaꝗ tibi. tua mi ſententia. diuis
Quos hominum fecere man⁹ libamina nō ſum
Oblata. potes cruciare. infligere mortem.
Non potes hoc ſuadere nefas. vitā atqꝫ ſalutē
Non ſtygie. dij veſtri tribuere. ſed orbis
Omnipotens regnis qui p̄ſidet omnib⁹ author.
Diuorum natura procax. dira. inuida. mēdax
At deus humanum clemēs ⁊ amabile numē.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 66

Officium prodeſſe dei eſt.offendere diuum.
Sulfuris ardenti quotiens deſcendit ab etna
Impetus in campos.veſtrorum ẽ ira deorum
Leta malis hominũ.ſed quãdo cohercita fluxum
Siſtit inundantem.deus eſt ſeruare labores
Sollicitus noſtros.et nos defendere ab orco.
Vix ea finierat cũ percitus igne megere
Conſul ait teſtis tellurem inſternite acutis
Addite flagrantes prumas.hec mollia ferte
Starta ſuper nadam.et ferro verſate tridenti
Corpus.accelerant famuli et mãdata capeſſunt.
Ipſa togam letis animis exuta propinquat
Ignibus.atq; moras lictorũ accuſat inertes.
Illi iraſcentes indignatiq; rapaces
Inijciunt furcas.correptaq; dentibus vncis
Menbra foco infligunt.et per fragmẽta iacẽtẽ
Nunc prono ore trahunt laniãtibꝰ vbera teſtis
Nunc in terga vnco graſſante per ilia conto.
Inſtaurant alij flamas.et follibus actis
Vndiq; perflantes animãt incendia vento.
Interea immanes dum fert innoxia penas
Ecce ſoli horrendo concuſſa palatia motu
Vrbe tremunt tota.fractis compagibꝰ alta
Tecta ruunt.paries abiens ſinit ire lacunar
In miſeras hominũ cedes.fragor vndiq; ⁊ igẽs

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 66

Murmur. et audite voces per nubila longe.
Per fora deſertis domibus per compita turbe
Errent attonite. ut pauidi ſine matribꝰ agni
Pes titubat ſaliente ſolo. malefida dehiſcit
Precipiteſqꝫ aperit terra uſqꝫ in tartara rimas
Conſulis extemplo ruit ad pretoria vulgus
Turmatim qua viſa magis via tuta. tumultu
Vociferante omnem euerti cum ciuibus urbem
Celeſteſqꝫ deos offendi immanibus iſtis
Supplicijs. et rectorem maris ennogiſeum
Oppugnare ſuis poſitas in finibus oras.
Et catane iraſci. mox tempeſtate futurum
Ut vicina graui vomat etna incendia longe
Vulcano ſpargente ignes cineremqꝫ ꝑ agros
¶ Talia ſuſpenſo conſul dum cogitat ore.
Ecce duo ex primis tecto illabente necati
Os laceri. totos fracti crudeliter artus
Iudicibus vix tracti alte de mole ruine
Exportantur. eunt pondus lugubre ferentes
Cū lachrymis famuli. nec longe a limine ponūt
Attoniti non audentes in tecta reuerti.
Nec proferre gradum ulteriꝰ. neqꝫ ducere funꝰ
Ac veriti plantis titubante inſiſtere campum
Territus et gelida victus formidine conſul
Puluerulētā agathen reuocari ī vīcula mādat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 66

Quo ſimul ac ventū genibꝰ ſuper aſpera flexis
Saxa orans animam ingēti clamore profudit.
Chriſtigene extēplo irrumpūt durāte tumultu
Raptaqꝫ marmoreo mēbra īpoſuere ſepulchro
Et ſuper iniecto clauſerunt marmora velo
¶ Jamqꝫ oriens octaua dies horrēda ferebat
Et ſpectanda metu ſiculis miracula magno
Aetna cauernoſis que tanta incēdia nutrit
Viſceribus vento inflari et mugire ꝑ omnē
Trinacriā .ac ſtrepitu reſonare tonitrua magno
Cepit et accenſis flāmam eructare caminis.
Continuo pauefacte vrbes ad ſidera iunctas
Attollunt cum voce manus.⁊ ſacra frequētāt
Placatura deos atqꝫ occurſura periclis.
Nec mora.de ſummis etne crateribꝰ ingens
Flāmarū globus erūpens in flumina ſe ſe
Ignea diffundit.cataneaqꝫ menia verſus
Labitur ardenti per culta virentia curſu
Attoniti ciues quo ſe molimine ſeruent
Ignari.cu ruant genua ante altaria votis
Supplicibus flentes .vrbi magis ac magis īſtat
Ignea tempeſtas.flāmiſqꝫ ſonantibus ardor
Vt videre deum fruſtra implorata ſuorum
Auxilia.accurrunt agathes ad buſta.leuantqꝫ
Confeſtim velū a tumulo.quo incendia contra

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 66

Illato vapor extemplo (mirabile viſu)
Territus aſpectu ſacri velaminis vndam
Traxit. et ardētē cohibens a menibus eſtum
In nebulas abijt tenueſq; receſſit in auras.
Vrbs opus admirās aras et ſacra tonāti
Inſtituit chriſto. ſaturnigenāq; reliquit
Cum iunone iouem. noua teſtamenta fidemq;
Docta. ſalutiferis priſcum ſcelus abluit vndis

Finis li. i. de agonibꝰ Margarite ⁊ agathe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 66

Argumētum Alceſianū in diue Lucie Agonem

Tercio loco celebraturus diue Lucie agonē vt eius fauorē captet dicit a
multis mortalibus et precipue a venetꝫ etiā ſub brꝰ mali tēpore viſitari eiꝰ
monumēta. Nā feſtū eiꝰ agitur vigeſimo calendas ianuarias. quo nunc
fere lux dierū augeri incipit vñ a luce luciam merito vocatā īnuit. Deinde
rē aggrediens docet hāc quoqꝫ nobili ꝓſapia ſiracuſſis ortā et a teneris vn/
guiculis chriſtianis ſacris ītiatā. poſt obitū patris caſte et pudice cū matre
vixiſſe et patrimoniū pauperibꝫ erogaſſe. refragāte matre. donec graui fe/
bre correpta pſuaſione filie ad ſepulchrū diue agathes catanā eſt profecta.
vbi cum filia ardentiꝰ pro matre p̄catur: īmiſſo ſopore diuā agathen vidit
audiuitqꝫ in hec verba dicētē. quid tantopere ꝓ m̄re me p̄caris ſoror lucia
cū ipſa nō ſolū matri ſed et oībꝫ ſyracuſanis opē pſtare poſſis. Nā vt ego ca
tane ita tu futura es preſes ſyracuſis. moxqꝫ experrecta matrē offendit in
columē. q̄ parcius deinde filie refragata ē elemoſynis. Verū paſcaſius ty
rānus. vir potiſſima nequicia et petulantia. nec minus rapinis et extictioni/
bus itētꝰ. eiꝰ forma icēſus. amorū conciliatricē ad eā cū muneribꝫ et pollici
tis āpliſſimis ſollicitaturā eius pudiciciam mittit. iubens illi perſuadeat
ſe oculorū eiꝰ ſplendore ſic captū vt ab alio q̄ꝫ ab ea nequeat liberari. qua
re intellecta. reiectis muneribus. ſpretaqꝫ conditione. animoſa virago. ſciēs
illud euangelicum ſi oculus tuus ſcandalizat te. erue eū. non ad litterā de/
bere intelligi. vt tamen oñdat q̄ꝫ nihili faciat corporis ſpecimen. vtqꝫ tyran
ni irrideat impudicam concupiſcētiā. oculos ſibi eruit et ad amatorē miſit
verum deꝰ pater tantā virtutē pñti munere donauit. nā raphaelē olim tho
bie medicū qui eius oculos inſtauret demiſit. at p̄fectꝰ prius ex oculorum
euulſione amens effectus et nunc ex inſtauratione attonitus. noluit anui
fidem adhibere donec ab alto velo aſpexit oculos longe q̄ꝫ priores fuerant
decētiores. quā obrē cū veritatē agnoſcere nollet magie īputat Interea āt
acceſſit ad eum ſpōſus virginis cui pater āteq̄ꝫ obierat cū toto patrimonio
virginē deſponderat. accuſans virginē prodigalitatis et hereſeos noue fal
ſeqꝫ chriſtianorū (vt mētiebatur) pſuaſionis. qua re intellecta tyrānꝰ ab
negare chriſtum cogendo cū verbis nihil ꝓficeret. conuocatis lenonibꝫ et
ſatellitibꝫ iuſſit ad lupanar trahi. Verū cū nulla aut hoīm aut boū vi loco
dimoueri poſſet. īgētē pyrā circa eā extrui e veſtigio iubet. ſꝫ neqꝫ igni cōſu
mi potuit. angelis inoxiā pſeruātibꝫ: et cū iter flāmas tirāno fatū p̄diceret
vnus ſatellitum gladio iugulū eius petijt. quo vulnere nō ſtatim. ſed vt fu/
ſis p̄cibus iuſſerat illic tēplum extrui. ad celos migrauit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 66

¶ F. Baptiſte Mantuani Carmelite Theologi Parthenices Tertie Liber Secūdꝰ. Lucie Agon.

Qua ſyracuſie celeberrima gloria gētis
Lucia cui tracti ſulcāt vada frigida et vndā
Brumalē. veneti. et fluctus aq̄lone coactos
Lumina que promis. volucrē que diuidis annū
Que frenas tytanis equos phaethontia retro
Lora trahens gelido capri pluuialis ab aſtro.
Da mihi te facilem. dignoqꝫ extollere cantu
Certamen concede tuum. quo tartara ⁊ ipſum
Tartareo regnantem erebo plutona deoſqꝫ
Viciſti. encelado maior. patrioqꝫ tiphoeo
Fortior. ⁊ ioue terrigenū domitore gigantū.
¶ Lucia nobiliū ſoboles generoſa parentum
A teneris edocta deum. perfuſa lauacro
Quod facit inſontes animas. nutrita ſuperbas
Inter opes. in delicijs. in murice et auro
Nata. maritales poſtq̄ꝫ peruenit ad annos
Exuit extemplo ſtudium leuis omne iuuente.
Quando ſolent alie genio inclinante pudorē
Soluere. picturare genas et more agathyrſo
Ire coloratis iuueneſqꝫ accendere membris.
Ipſa animo complexa deum. veſtigia torſit
Ad ſuperos. curis terre indignata teneri.
Orbatā genitore domū cum matre gubernās

Quicquid opum ſupra victũ reſtabat. aperto
In miſerum genus omne penu conferre ſolebat
Ideqꝫ ſemel genitrix damnãs. quid ꝓdiga tẽtas
Nata facultates inquit ſine fine profuſis
Sumptibus exhauris. nihil in ventura recõdẽs
Tempora. nil ſenio ſeruans. grauis ĩmemor eui
Tempeſtiua ſat eſt inopum poſt funera cura.
Interea in trabibꝰ ſine farra ſeneſſere noſtris.
Pinguibus in cãpis teneras adoleſcere caulas.
Atqꝫ graues annare cados. et vina decembres
Que ſeptem de more vident. pertingere ſaltem
Sidus ad icarium. quando ſitibundior eſtas
Cum precioſa ſitis deuotaqꝫ tempora baccho.
Ne ſine fruge gregum fetura. ⁊ adorea meſſis
Ne ſine fruge ferax abeat vindemia et auro
In tabulis inopum memores legabimus edes
Nominaqꝫ. et magis virides prouẽtibꝰ agro
Sic genitrix animo meditãs bona fluxa tenaci
Filia ſublimi voluens celeſtia corde.
Quid meriti mater poſſeſſa relinquere dixit
Cum retinere oculis fato incumbente vetamur.
Res ſeruata perit. miſeris data porrigit alas
Ad ſuperos. ale duplices. argentea leua.
Aurea dextra. viãqꝫ datori ad ſidera pandit.
Certa preit viuos pietas. incerta ſepultos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 66

Conſequitur.nã quod noſtri ē dũ vita ſupſtes
Arbitrij.mox eſt alieni.vt vita receſſit.
Scilicet id gelide vicium cõmune ſenecte
Diuitias curare nimis.capularibus annis
Ingruit iſta fames.hec diffidentia ſere
Iuncta ſenectuti.frigentia pectora curuat
Ad telluris opes.ſtudiũq; accendit habendi.
Pone metũ genitrix.locuples deus õnia paſcit
Ipſe homines alit atq; feras.cum areſcere cãpos
Viderit.eſuriemq; pati ſub ſidere cancri
Gramina ab extremis humentē finib⁊ auſtrũ
Aduacat.et nimbis ſitientia proluit arua.
Succurritq; ſolo pecudes miſeratus et herbas
Tu ne igitur trepidas cunctis alimenta ferentē
Deſerturum homines.et qui ſpiracula vite
Flauit in hos artus hoſtem fortaſſe futurum
Lucia ſic referens matrem placabat auaram.
Cum ſenior genitrix morbo egrotaret acerbo.
Ad catanee agathes tumulũ poſtrata parenti
Auxilium flebat.ſubito tum lumina ſomnus
Claudit.et alta quies feſſos perlabitur artus.
Nec mora.cincta choris ſuperũ catanea virago
Argenti.gemmarum.auri.ſplendore coruſco
Fulgida ſopite viſa eſt aſtare.manumq;
Iungere.et his animũ dictis mulcere dolētē.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 66

Chara ſoror tanta quid ſollicitudine poſcis
Quod preſtare tue paruo poſt tempore matri
Fas tibi mox. ſicut dominor zanclea per arua
Per cataneorꝫ populos. quib⁹ imminet ardens
Aetna. ſyracuſie ſic tu dominaberis vrbi
Et poteris ſanare nurus arethuſidas omnes
Sic eſt viſa loqui. fracto virgo excita ſomno
Et vertens in matrem acies videt ora colorē
Concepiſſe nouū. corpuſqꝫ habitudine totum
Incolumi ſubito antiquum repetiſſe vigorem
Gaudet agēs grates agathe ac celo omnipotēti.
Atqꝫ ait o genitrix poſtq̄ꝫ tibi cognita virtus
Tam miris diuina modis. ac munere tanto
Deſine me ſolitis poſthac vrgere querelis.
Et ſuadere virum Sine me celeſtibus vti
Connubijs. et centeno coaleſcere partu.
¶ Preſes erat ſiculis atrox paſcaſius oris
Vir ganee. vir deſidie. vir deditus auro.
Ac veneri ſcelere inſignis. ſine numine mōſtrū
Illaudatum omni. celoqꝫ odioſus et orco.
Hunc vbi virgineos vultus et lumina pulchris
Aemula ſideribus diro omine et alite leua
Vidit. amor ſubita rapuit face. fulminis inſtar.
Nimbifera montes cū tempeſtate per altos
Mugit. et vmbroſam flāmis cōplectitur ornum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 66

Ardet et ardori non eſt modus. inſtat acutis
Sẽper amor ſtimulis vt quãdo ad p̄mia palme
Curſor olympiace fuſis contendit habenis
Vrget equum crebro ferientibus ilia plantis.
Verbereq; intorto. cum ſibilat aer. et armos
Sudat anhelantes volucri ferus acrior igne
Iſte viam ſceleri mõſtrante cupidine. doctam
Mittit anum. que ſidereo ſe lumine captum
Nunciet egrotare animo. atq; incendia ferre
Qualia flagranti patitur vulcanus in etna.
Et ſubitam ſe poſcere opem. quam forte negari
Si audierit non poſſe ſibi niſi morte mederi
Attalicas promittit opes. promittit honores
Ceſareos. minimũq; deeſt quin ſpondeat orbis
Imperium. tam vana inſani audacia amantis
Dona dat. in fuluo rutilans carbũculus auro
Vnioq; ingenti candens gangeticus orbe
Munera prima quib⁹ virgo generoſa repulſis
Lumina vt audiuit bellum hoc inferre pudori
Nil cunctata oculos (opus admirabile ſeclis
Omnibus) ancipiti cultro de fronte reuulſos
Proijcit in patinam. mittenſq; ea munera amãti
Accipe reſpondit quod amas. et deſine poſthac
Talibus inſidijs ſanctas inuadere mentes.
Dixit et ex alto factum miratus olympo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 66

Cum ſuperis pater õnipotẽs duo lumina p̄mis
Splendidiora cauis ſcrobib⁹ cõcreſcere iuſſit
Tũ raphael ſubito celerem per nubila curſum
Traxit.et infundens orbe medicamina fronti
Elicit ardentes oculos.inſtaurat honorem
Deformati oris.faciemqꝫ decorat amenã.
Rector vt accepit caſus miracula tanti
Riſit anum.maiora fide neqꝫ digna relatu
Talia cõmemorans.et anilia pond⁹ habere
Dicta negat.ſed cum velo reſoluta cruento
Lumina conſpexit.ſtetit.et manifeſta negari
Cum nequeat facti nouitas .opus omne relatũ ē
In magicos cantus.damnataqꝫ carmina circes.
Inſanoqꝫ odium maius ſucceſſit amori.
Interea ſponſus(genitor nãqꝫ ante ſepulchrũ
Ingenuo cum ſpe dotis deſponderat ample
Progeniem iuueni)iam decoxiſſe puellam
Admonitus furia inuectus rectoris ad aures
Detulit vxorem illicitos patrimonia in vſus
Diſtraxiſſe.deos veteres cõtemnere.et aram
Numinibus feciſſe nouis . quendãqꝫ triformem
Appellare deum diuũqꝫ hominũqꝫ parentem
Ergo accerſitam nubes adolere ſabeas
Vulcano.cereri et nate.veneriqꝫ erycine
Mandat.et ante aras genibus ꝓcũbere flexis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 66

Jlla animis ſexu longe maioribus.vni
Debita ſacra deo ſaxis offerre nefandum
Dixit.at incenſo melius thure atqꝫ iuuencis
Eſt holocauſtum aliud quo delectatur olympus
Sollicitudo inopū .curam quibus hactenus dn̄e
Quoad potui impendi.ſacris vbi talibus ante
Res data.ne quicq̄ in terris qđ in ethera poſſim
Ferre.relinquatur.ſanctis altaribus ipſam
Me quoqꝫ do.et mitto hanc animā q̄ cetera miſi
Cōſul ad hec potēs has nugas.hec ſomnia dixit
Chriſtigenis narrare tuis mihi talia fruſtra
Ingeris.imperij placita et decreta ſequenti.
Tum virgo irritans hominem.tibi ceſariane
Diuine retinenda mihi cuſtodia legis.
Ex te igitur quodcūqꝫ tua eſt amplectere.noſtro
Et nos arbitrio nobis potiora ſequemur.
Res vbi in infames conſūpta procaciter vſus
Conſul ait.ſcelus vt meretrix abſcondere lingua
Niteris excuſans audaci crimina vultu.
Res mea prouentu centeni fenoris aucta
In tuto eſt dixit.neqꝫ corruptoribus vnq̄
Corporis aut animi (ſcit qui videt omnia ab alta
Celorum arce deus)patui.tum pectore conſul
Scintillāte animū.quoſnā corrumpere.quoſnā
Arbitraris ait.virgo nihil ore morata

Vos inquit. quotcūqꝫ deos ſeruatis ahenos.
Saxicolaſqꝫ lares. et demonas ere latentes.
Nāqꝫ animis rudibus vero ꝓnumine manes
Obijcitis ſtygios. ac ſi querentibus aurum
Inſidians aliquis. mendacia porrigat era.
Hec tua garrulitas intempeſtiua faceſſet
Conſul ait. quando euadent in verbera verda.
Lucia reſponſis crucians immania corba
Conſulis adiecit neq̄unt diuina teneri
Verba per innocuas hominū reſonantia fauces
Ante tui ſimiles quotiens aſtare tyrannos
Contigit e noſtris aliquem. deus ora mouendo
Fatur. et humanis aperit ſua ſenſa loquelis.
Conſul adhec. deus in te igitur. deus illa piorum
Corda habitat dixit. perqꝫ ora innoxia fatur.
Trux vultu frendens verbis et pectore anhelo
Flāmigerans conſul. ſtupris expoſta lupanar
Ibis ad īmundū. perdas vbi numina dixit.
Non niſi conſenſu mentis viciabile corpus
Virgo ait. inuitā ſi me vio laueris. aucta
Virginitas alio duplicē feret orbe coronā.
Neue tuum verbis odiū mora differat vlla.
Diſce ſuis etiam tam īmenſa mole ſedentē
Transferri poſſe ante locis. q̄ immobile mutem
Propoſitū. ſurge. et quicquid ſata nocte ꝓfunda

Conſulit alecto.vome.totum effunde furorem.
Inſani.bacchare.tuos imitare ſatanes.
Ferte citi tormenta.ignes animate miniſtri.
Pellite ab his animā mēbris. reddamꝰ olympo
Aethercam mentē.veſtris me mittite ad aſtra
Supplicijs.crudelē orco ſeruate tyrannum.
Talia magnanimo vulgi clamabat ad aures
Pectore nil penas metuens nil fata virago.
Cum ſubito miſſis conſul lictoribus omnem
Inuitat lenonū aciem.magnoqꝫ tumultu
Mittit ad obſene veneris ſordentia luſtra
Innocuam ſuperiſqꝫ parem pietate puellam.
Accipiunt vinctam loris mediāqꝫ per vrbem
Scortorū ſtipata choris infamibus ibat.
Cum ſubito celeres labuntur ab ethere diui
Tam indignuꝫ facinus tam deteſtabile adorti
Perturbare nefas.miris veſtigia ſiſtunt
Fixa modis.heret plantis immota virago
Robore par ſaxo ingenti.par turribus altis.
Extemplo mirati omnes tractare verentur
Corpora ſancta manu īmunda.ſeq̄turqꝫ repēte
Relligio.manifeſta vident miracula et ore
Attonito circū magno ſtant agmine turbe
Murmure cōpreſſo.ſacer ad ſpectacula diuum
Stat chorus.et fruſtata hominū molimina ridet

Interea audito caſu paſcaſius infert
Precipiti ſe ex arce graudu. comitantur euntē
Dire erebi. venus. atq; ceres. proſerpina. ꝛ atro
Mulciber atq; ſterops vultu. ꝛ fuligine brontes
Illitus etnea. rapidoq; accendere pergunt
Igne hominē. ruit in medios. accuſat inertem
Segniciem. iubet intortos ad colla rudentes
Ad femora. ad ſuras ad clunen. ad terga ligari.
Mille viros adhibet magnis qui viribus auſint
Voluere in egeos. athon atq; caphares fluctus.
¶ Sed cum conatu inualido nil numina contra
Proficerent. ad mille viros fortiſſima iungunt
Mille boum iuga. loratis qui cornibus ipſam
Trinacriam valeant calabris adiungere ripis.
Nec ſic mota loco. nouitas tam mira per vrbem
Diuulgata ciet populum. ſpectacula nunq̄
Viſa prius proceres adeunt. paſcaſius amens
Aeſtuat. ingeniū plebis mutabile et iras
Vulgares animo voluens. et dedecus omnes
Ante patrum populiq; oculos. heu q̄ta venenis
Quantaq; chaldeo molitur femina cantu
Dixit. ꝛ illatis extemplo incendia lignis
Suſcitat. et rapide cingunt arethuſida flāme
Subijciunt picis et reſine liquamina in ignes.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 66

Atq; leues paleas. oleiq; fluentis amurcam
Lictores. pyra cõflagrans ad ſidera longis
Fluctibus it. magnoq; furens ardore puellam
Circuit. et lambens tunicas. colla. ora. comaſq;
Virginis applaudit ſanctis innoxia membris
Neu quid inexpertū rabies veſana relinquat
Imperat aſpergi lotio. ꝙ fama lauacro
Tali artes reprimi vetitas. et carmina vinci.
Acciti venere magi. tacitiſq; ſuſurris
Monſtrificos fruſtra nixi diſſoluere cantus
Id fieri tandem nullo didicere veneno.
¶ Lucia flãmarum iam decreſcente tumultu
In cinereſq; abeunte rogo ſic orſa. tyranne
Iam ſatis expertus diuina potentia que ſit
Quã inualidas habeat tua tanta ſuperbia vires
Quãdo nec hĩc tolli potui. nec ĩ ignibꝫ arſa
Vt rebare miſer. nunc vel feritate repulſa
Verū agnoſce deū qui te populūq; videntẽ
Talibus exemplis voluit monuiſſe. vel ira
Impatiente aliijs ſeui cruciatibus. omnem
Tolle morã. dū turba frequẽs ſpectare parata ẽ.
Talia clamantem veniẽs a conſule lictor
Inuadit gladio. mergitq; in guttura ferrum
Altius infodiens. anime penetralia et exta

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 66

Ancipiti lacerans acie. diaphragmate foſſo
Inteſtina ſecans. necdum ſublata facultas
Eloquij. fatur plenis vt et ante loquelis
Sic referens. catane veluti mea preſidet vrbi
Diua agathe. ſic ipſa mee cuſtodia gentis
Facta ſyracuſie. noſtris ego nuncia pacis
Ceſaribus pulſis vno vitalibus auris
Orbe alio. penaſq; nouo ſub principe conſul
Sanguinolente dabis. vix facta ſilentia. quãdo
Nuncia ceſarei peruenit epiſtola fati.
Diuitiarũ auceps ſiculas paſcaſius vrbes
Hauſerat inſudans cumulando ĩmaniter auro
Inſidianſq; opibus. ſcelerũq; infamia romam
Venerat. atq; ideo tentus mandante ſenatu
Ducitur in latium ſubito. furta atq; rapinas
Vix cõfeſſus erat cum mox capitale recepit
Supplicium patiens cedem ꝑ cedibus vnam
Innumeris. ĩ p̄dam atris data manibꝰ vmbra
Diua ſuo vitam nutu poſitura manebat
Sublatis erecta oculis. ac talia fata eſt.
Mors mihi iamdudum clauſiſſet lumina. ſi nõ
A ſuperis conceſſa foret mihi copia fandi
Pauca pͥus. celos adiens mea membra reliquo
His tumulanda locis. vbi me cõſiſtere ⁊ hoſtem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 66

Vincere conceſſit genitor diuumq; hominūq;
Hoc eterna ſolo noſtri monumenta triumphi
Sūt ponenda. quib⁹ moniti poſt longa nepotes
Secla recordentur quos pro pietate labores
Que tormenta tuli pro relligione. meāq;
Poſteritas imitata fidem per ſancta priorum
Ducat in eliſpos animas veſtigia campos.
O patria. o ciues in ſecula longa valete.
¶ Sic ait. at niuia gradiens in veſte ſacerdos
Cum face et ex auro diuina viatica promens
Virginis ora petit. que letior hoſpite chriſto
Rettulit in celum vultus et gutture hiulco
Miſit in ethereos animā cum vocibus ignes
Templa ſyracuſij paruo poſt tempore ciues
Nequaq; immemores dictis mandata ſecūdū
Impoſuere locis peregrino a littore vecto
Marmore. ducentes ſacrū vſq; in nubila culmē

Finitur diue lucie Agon

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 66

Argumentū Aſcēſianū in diue Apolonie Agonē.

Apolonie agonem auſpicaturus eſt poſt inuocationem cōmemo/
rat perſecutiones eccleſie chriſtiane ab īperatoribus romanis factas
Nerone Domitiano . Traiano Vero Seuero . Maximo. Decio .
Valeriano. Aureliano et Diocletiano. deinde inſtitutum exequens
dicit tempore decij imperatoris qui demoniorum inſpiratione maxie
in chriſtianos ſeuijt fuiſſe apud egiptios virginem regali progenie ex
ortam apoloniaꝫ nomine. que cum matre chriſtiana ſanctiſſime vixit
et chriſtum in ſacello quod domi habebant coluit. donec procouſule
ad egiptū a decio miſſo illi iuſſo ſiſti et chriſtiane fidei accuſata ⁊ idol'
ſacrificare iuſſa recuſauit illiuſqꝫ temeritatē acrit' coarguit. ob quam
rem a ſatellitibus iuſſu tyranni eius dentes immaniſſime excuſſi ſūt
Verum cum ob indignum facinus parum abeſſet quin ſeditio obori
retur. iuſſit in carcerem detrudi . vbi ab angelis ſanata et confortata .
poſtridie tyranno ſiſtitur qui cum ōnia reuoluiſſet tormenta nullum
aptius ratus decreuit igni abolendam . ideoqꝫ ne tumultus fieret in
populo . ſubito ad littus eductam in ingentem pyram conijci iubet
vbi (quod ab angelis futurū didicerat) flammis quidem ſuffocata
ſed penitus inconbuſta permanſit . vſque adeo vt ne veſtes quidem
eius leſe ſint . . Chriſticole autem poſt multam trepidationem fide
animos ſubpeditante egreſſi corpus per ſcalas in vrbem referunt . et
boneſta ſepultura afficiunt . mens autem ab angelis in celum nobili
cnm triumpho deducitur . Verum ſicut vbiqꝫ poeta incūdis digreſ
ſiunculis et argutis fictiōibus de deorum conſpirationibus poema
ſuum decorat ita hic quoqꝫ non inutili fictione animam ſeu mentem
diue virginis ac martyris inter ducendum multa de ſecretis nature
de penis inferorum. quas ſecundum lucretium macrobium et alios
multos in corpore iſto patimur . de mortis contemptu . cum non tan
tum habeat doloris aut amaritudinis quantum ab imperitis credit'
et celorum orbibus alijſcꝫ multis. que ſeparata a corpore perfecte ag
nouit. cum angelis locutam inducit . miratam videlicet tantam mor
talium cecitatem . cum trepident vbi non ſit timor. reſqꝫ contemnen/
das tam miſere ament . Poſt quorum narrationem . docet in beatoꝝ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 66

patriam perductam vbi eo perfruetur gaudio quod nec oculus vidit nec auris audiuit nec in cor hominis aſcendit. His itaq; viſis expla nationem operis facili pede aggrediamur. Eſt enim compoſitio di lucida. q̃litas heroice. p̄rima. libri aut duo aut ſi malumus q̃tuor. tot enim ſunt virginum vite. Titulus autem operis eſt ex prima parthe nice notus. ſicut et authoris vita

Finit Argumentū in diue Apolonie Agonē

Baptiſte Mantuani Carmelite Theologi Diue Apolonie Agon Ad Ptolemeum Fratrem

V q̄s celeſtes imitās apolonia nymphas
Includi heroo nō idignabere cantu.
Et q̄q̄ noſtro maior tua gloria plectro
Miſſa ſit in terras omnis. et in omnia longe
Aequora. ſtellatos etiam vulgata per axes.
Nō vanus tñ iſte labor. nec enim tibi famam
Cogitat. eſt aliud quod nos in carmina traxit.
Nam tua maieſtas nobis mortalibus ingens
Preſidiū celebri veneranda in ſecula cultu
Obſequiū ſibi noſtri operis. ſibi vendicat oris
Virtuti debetur honor. licet inclypta et expers
Noctis et vmbrarū per totum effulgeat orbem.
Ante deum lychni in templis funalia ad aras
Non vt clara dies fiat lucentior. ardent.
Verum vt celituū patriam ſplendore nitētē
Aethereo. et ſemper verſari in lumine diuos
Significent. vbi nulla diem contaminat vmbra.
Diua vides animū ſublimem. et grandia corda
Ingenium vero tenebroſum. exangue. ſepultū
Segnicie et lentum vicio torporis et oci.
Ergo ades. ⁊ caligantem ſacro affice ſenſum
Lumine. quod diuorū oculis clareſcere nunq̄
Ceſſat. et eterni retegit petralia mundi.
¶ Roma potēs rerū varijs. vt adultera cōiunx

Dum natura recens creſcentes adiuuat annos
Principibus nupſit. quorū ſine numine ⁊ ōni
Pars maior pietate fuit. Kariſſima virtus
Semper. vt hybernis hyperionis aura diebus.
Cum niger inualuit boreas. cū nubila regnant.
Hi ſimul ac ſceptrū aggreſſi regnoq; potiti.
Exibant de ſede erebi teterrima monſtra.
Tiſiphone. furieq; alie mulco angue comātes
Afflanteſq; ſuis illos nidoribus intra
Intima tartareum ſpirabant corda furorem.
Quippe quibꝰ dominabātur plutonides vmbre
Sic male perſuaſi celos attollere contra
Non poterant vultus. et nil ppēdere ſanctum.
Sed verſi in terras oculos et more ferarum
Precipites quorſum legem indignata libido
Oſtendiſſet iter (tam nil penſi atq; pudoris
Menti inerat) ſuperis ſcelus admirantibꝰ ibant
Quū primū in terris pietatem exurgere . et ortā
Cognouere dei ſobolem. ne perderet orcus
Imperium vſurpatum annis tot millibꝰ. arma
Arma exclamarunt. Chriſtiq; imbellia regna
Perdere conatum nil deteſtabile et atrox
Pretermiſit in ops lucis genus. Ecce ſuperbꝰ
Aeneadnm de gente Nero. Viden ora cruenta.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 66

Atq; odium truculente anime ꝓ lumina rūpēs
Primus hic addictam celo diſperdere gentem
Auſus et infauſto diuos inuadere bello.
Obiectare feris homines. accendere viua
Corpora conſueuit nocturni ad luminis vſum
At poſtq̄ȝ in ſāctos longas exercuit iras.
Ipſe ſua ſibi ſata manu conſciſcere adortus
Tranſtulit afflicte merorem in gaudia Rome
Altera cōtemptor diuum dominūq; deumq;
Imprudenter agens crudelia protulit arma
Germanus Tite ſancte tuus. neq; te neq; patrē
Juſticia referens. ideo lacer atq; cruentus
Cede ſua ſtygias tandem raptatus ad vmbras
O ſtulta impietas. incauta audacia. preceps
Judicium imprudens et vana ſuperbia regum
Romanorum. audet ſuperos inceſſere et aſtra.
Cui graue muſcarū ē et formida bile roſtrum
Hic etenim ſi vera ferunt eſtate volantes
Per thalamū muſcas (manifeſta inſania) ferro
Zetus vt Harppias. eſt inſectatus et arcu.
Ite anime peſſuȝ indigne. quib⁹ almus appollo
Oſtendat vitale iubar. quibus ignea mundi
Ornamenta ferant nocturnam ſidera lucem.
Indigne. quas dicat opus moderator olympi
Eſſe ſuum. digne hoſpitio phelegethōtis ꝛ orci

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 66

¶Tu quoqꝫ cenſeris verum illa iniuria longe
Deteſtanda minus. traiane in crimine tanto.
Juſſiſti cohiberi enſes parciq; piorum
Relliquijs ſancte exhorrens tot funera gentis
¶Sed maior Veri impietas et acerbior ira.
Atqꝫ immane magis facinus. tunc orta repente
Fulgura. Romanas cum marcomanica caſtra
Cinxiſſent acies. veri extinxere furentem
Seuitiam. et flagrās odium minuere parūper
Opportune alto radiantia fulmina celo
¶Sed furor inſanus rabieſq; infrena Seueri
Jntumuit velut excitum mare flantibus auſtris
Cum fremitu horrifico ſpumās ꝓcul eſtuat vnda
Et tua caſtrenſi properans ad regna tumultu
Maximine genus gothicum. dira illa libido
Virus olens canis inferni. graſſata per ōnes
Chriſtigenas velut inter oues ieiuna luporum
Jngluuies. Poſt te paulum regnante philippo
Relligio ſecura fuit. milleſimus vrbis
Annus erat renouata decem poſt ſecula. roma
¶Mox velut e latebris ſinuoſa volumina ſoluēs
Vmbroſus coluber Decius furiale venenum
Expuit in ſanctos. Jgnes extinxit ad aras.
Templa cruentauit. tormenta immania paſſim
Protulit. et mēbratim hoīes in fruſta ſecauit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 66

Durioꝛ euryſtheo.buſiride crudioꝛ ipſo.
¶ Quid memoꝛē te Auguſte ſenex.q̄ p̄da fuiſti
Bellica perſarum regi.quia ſanguine ſacro
Fedaſti foꝛa.templa.vias.et numina contra
Nil veritus bellare.deos ſimulachꝛa putaſti.
Sed nil pꝛoficiens tua ceca pꝛoteruia tandē
(Ni mirum vt caderes tanto grauioꝛe ruina)
De ſplendoꝛe pari ſuperis.de culmine celſo
Imperij.tant a de maieſtate redacta
Extemplo ad ſeruile iugum ſqallente ſenecta
In pudoꝛe ſituqꝫ iacens grauibuſqꝫ catenis
Tabuit.ante obitū eternas depulſa ſub vmbꝛas
¶ Non leſura minus furoꝛ aurelianicus arma
Pꝛotulit.indicto cum facta licentia bello
Pꝛedandi plebem inſontē.paſſimqꝫ necandi
Celeſtes impune viros.et fantia nondum
Oꝛa trucidandi.atqꝫ deum ludibꝛio habendi.
¶ Ecce alius mihi ſeſe offert tuus ille cruentus
Maximiane comes.cui poſtq̄ꝫ polluit oꝛbem
Cedibus innumeris.romani purpura regni
Viſa grauis.riguos ideo ſeceſſit ad hoꝛtos
Littoꝛe in adriaco.rapidos vbi temperat eſtus
Aura frequēs gelidos vbi mitigat vnda decēbꝛes
Vnda maris tepidi non conſentanea bꝛume
¶ Sed veluti decimus.quotiens iraſcit᷑ equoꝛ

Irruit in nautas maiori turbine fluctus.
Sic decimi vis illa ingens et longa tyranni
Altius intorquens telum exitiale miniſtros
Sacrorum enecuit. templa et ſacraria flammis
Abſtulit. ex adytis diuina volumina in ignes
Corripuit. luneq; vno bis dena recurſu
Millia chriſtiginū. tanta inclementia. tantū
Irarum pelagus Roma indignante peremit
Et tandem gelido vite inſidiante veneno
Iam ſenior. iam defectus. iā ſanguine adempto
Frigidus. hyberno qualis iacet anguis in antro
Vita eiectus apud proauos ſepelitur in orco.
Quo rapior mea diua. Rotis errātibus vltra
Metā agor. et longo in gyrum p̄teruehor actu.
Ad Decium torquēdi axes. ea tempora celū
Impleuere animis illuſtribus. aula tonantis
Facta frequēs. aucte in cāpis celeſtib⁹ vrbes
Nam celum veluti tellus habitatur. ⁊ amplas
Rerum opifex diuū populos diſtinxit in vrbes
Hi iuga ſumma colunt. illi depreſſius ortum
Verſus. ⁊ occaſum retinēt ſua menia longe
Et late ſparſi ad fines aquilonis et auſtri.
¶ Cū venit e terris aliquis ſuper ethera. cōſul
Temporis illius reducem cui deſtinet vrbi
Explicat. ⁊ ciuem eternum decernit in illa.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 66

Certa magiſtratus illis vt ⁊ vꝛbibus iſtis
Jura ferunt certi . nec enim ſine lege putandum
Eſſe polos. leges patiuntur. ⁊ oꝛdine regnant.
Mundus hic exemplũ mundi celeſtis. in illo
Exactum eſt . quicq̄d fragili modo nitimur oꝛſu.
Diſcimus hic. artis documēta. implebim⁹ illic.
¶ Ergo laboꝛātē decio ſub pꝛincipe mundũ
Dum regeret ſtygius pꝛoles ſaturnia pluto.
Dij ſcelerum quibus eſt ſtudiũ. coiere frequēti
Concilio. Venus ante alios maga docta. iunēte
Et leuibus prefecta ānis Faber ante deoꝛum
Vulcano cui nomē erat Cyllenius hermes
Ingenio ac ſermone potēs. ⁊ maxima frugũ
Mater eleuſinis olim celebrata colonis
Aeolus. ⁊ tethys ⁊ ſplendidus oꝛa cupido.
Tu quoqꝫ quem graij veteres dixere bimatrē
Bacche. Mimallonides fuſis ī terga capillis.
Menades et ſatyri tecũ. temulētaqꝫ turba
Baſſaridum. quibus officiũ tētare bibaces.
Atqꝫ ciere ſitim. venerēqꝫ accendere potu.
Eſt ſpecus in campis libye Carthaginis alte
Non pꝛocul a pelago. ſpecus infra viſcera terre
Miſſus . opaca nemus dēſum facit oſtia. magno
It longe ſpelunca ſinu. domus apta colubꝛis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 66

Sole per eſtatem libycos torrente colonos
Hic. vt fama refert. quondam ſidonia dido
Et pius eneas declinauere procellam.
Hec venus antique fraudis memor eligit antra
Texendis bona viſa dolis. ac talibus infit.
Dij conſanguinei. dij quos ego ſemper amaui.
Ac colui. ſine quis mihi nil feliciter vnq̄;
Fas fuit ordiri. dudum deprenditis orbem
Terrarum a nobis dilabi. et q̄rere chriſtum
Hec noua credulitas quaſi quedā incēdia vētis
Flantibus it flagrans ſemperq; adoleſcit eundo
Veſter honor paſſim. veſtri reuerentia peſſum
Labitur. indecores ſine maieſtate ſine aris
Mox eritis. niſi contra hoſtes attollimus arma.
Quod ſi forte aliquis contra obiectauerit. actum
De nobis ſine ſpe. nec eundum ſidera contra.
Dicite. num nuper. ne tempora priſca reuoluā
Num licuit ceſo decium preferre Philippo.
Num licuit nobis ipſa intra menia Rome
Principe Alexandro. cuius contraria nobis
Mater erat tanti reſidens in culmine regni.
Cecilie vexare domos. ipſamq; virumq;
Cum tyburte licet claris natalibus omnes
Prodierint. gladijs inuito extinguere chriſto.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 66

Num regnante pio cuius clementia noſtro
Eſt equata ioui. duce me Ptolemeus ad aram
Iſidis. vt ſacros diuis accenderet ignes
Tractus, et vt ſpreuit chriſtum abiurare. ꝑemptꝰ
Hoc noſtre potuere manus. Matertera iuno.
Mecum erat. et coniunx. & cũ mauorte Minerua
Coniurati omnes opus id concorditer auſi.
Vos q̃q; dij magni. chriſtum vexare potentes
Quid ſopita iacent corda illa ingentia quondam
Celo erebo terre et pelago dominantia. cur nũc
Sic oblita ſui. longa fortaſſe ſenecta
Genua labant. euo forſan cecidere lacerti.
In venis cruor intepuit. cum tempore corda
Defecere. graues animi minuere cerebrum.
Tollite preſtantes animos. nõ omnia chriſtus
Eripuit. noſtri ſupereſt pars maxima regni.
Nec plus ille poteſt. ſed vos. vt cernere promptũ
Degeneri ignauoq; animo timidi atq; fugaces
Terga datis ſuperaturi ſi vertitis ora.
Si ĩ cõmune bonũ noſtra omnia mittimꝰ arma.
Titanes genus illud atrox quia fortiter auſi.
Terrorem incuſſere ioui. ſi iupiter illo
Tempore ſegnis erat (ſcit qui ſtridentia in etna
Pro diuum imperio cudebat fulmina coniũx)

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 66

Iſſet in eternū exilium. quia fortia contra
Agmina terribili contorſit tela lacerto.
Vicit. et oppreſſi bello iacuere gigantes.
Nos quoqꝫ dū ſomnū ſectamur ⁊ ocia inertes
Nil mirum ſi deſerimur. ſi noſtra per orbem
Regna īfirma labāt. ſi ſurripere ōnia chriſtus
Audeat. et fragiles in nos armare puellas.
Vincimur a ſcortis. pudor eſt tā grande fateri
Dedecus. illudunt nobis pueriqꝫ. nuruſqꝫ.
Cauſa mali uſqꝫ adeo abſurdi atqꝫ ignominioſi
Nil niſi de noſtro veniens ignauia ſomno.
Quo pacto Romani orbem niſi grandib⁹ auſis
Edomuere. tenax cure ſententia ⁊ alti
Propoſiti. ſenones capitoli a vertice gallos
Truſit. et obſeſſe penos a limine Rome.
Non erat alcides anteo fortior. artus
Cernēti. aut turno Aeneas. aut Hectore Achilles.
Aut tydeus lycophōte. animo veniebat ab acri
Illa potens virtus et inexpugnabile robur.
Vis igitʳ reuocāda animi. Victoria pendet
Ex animo maiora facit qui fortius audet.
Hic venus. accenſi comites ſermonibus iſtis
Obſequium ſpondēt alacres. animoſqꝫ reſumūt
Ite omnes ven⁹. ite. inquit. dū in cardine res ē.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 66

Ite.magiſtratus deciumq; inuadite noctu
Atq; opportunis componite ſomnia formis
Me in primis.me nãq; putant(quod ſepius una
Riſimus)eneadum matrem.veſtamq; iugales
Horrentẽ thalamos.⁊ cum genitore quirinũ
Indigeteſq; alios.ac tutelaria Rome
Numina.que nulli fas eſt audire profano.
Fingite preſenti de tempeſtate dolentes
Multa queri.ingratis multa exprobrare latinis
Multaq; pro cultu promittere.multa minari
Pro impietate .deos recolant poſſe omnia ĩ oẽs.
Et ſtudeant ritus veteres.⁊ templa deorum
Antiquo de more coli.chriſtũ orbe fugari.
Vtpote qui terrarũ orbẽ ſubuertere.⁊ ipſum
Romanum imperiũ velit extirpare.deoſq;.
Et ſe pro cunctis vnum regnare.ſuoq;.
Neſcio quos de ſorte hominũ turpi atq; nefanda
Collectos pro conſulibus pro patribus vrbis
Ingerat . extinguens nomenq; decuſq; latinum
Pontifices etiam paribus regemq; ſacrorũ
Prefectoſq; epulis.ſalios.titioſq; ſodales
Irritare modis.et idonea tempora nacti
Inuigilate operi.rebuſq; vacate gerendis
Mox vbi concluſi fuerint indagine et aſtu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 66

Capti homines veſtro.ceptis adhibete megerã.
Et ſocias. que ſollicitent deciana ſuperbo
Corda odio.⁊ faciant ira exandeſcere atroci
Hec via. et his dictis ad res abiere gerendas.
¶ Nona dies aderat. cũ tota excita repente
Factio pontificũ ſeſe longo agmine ad aulam
Proripit. alituum linguas et ſomnia docti
Conueniunt. et qui fumantia conſulit exta
Qui rimatur aquas et qui conſiderat ignes
Qui pluuias. ſpecula.⁊ pelues. nitidaſq; ſecures
Inſpicit.⁊ temere deſcripta in puluere ſigna
A tellure trahens nomen. qui intelligit auras
Qui lemures orco ciet.⁊ genus omne magorũ
Cogitur. at Decio intenti ſua ſomnia narrant
Commendantq; deos patrios. et numina auita
Que pater eneas poſt diruta pargama ſecum
Vexit in Italiam. que obſeruauere latini
Albaniq; patres. que antiq̃ menia Rome
Fundauere. quibus domuere authorib⁹ orbẽ.
At Decius cui corda pari tumefacta veneno
Quãq̃ animũ cohibere velit. tamẽ eſtuat intus
Incompoſq; ſui dum vult componere vultum
Fingereq; equanimem. toruã truculẽtia frõtẽ
Aſperat,⁊ ſimilis tauro cum murmure rauco

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 66

Ire in bella parat. premit alta mente Philippi
Regna inuiſa. nouos ritus. quibꝰ ille ſolebat
Obſeruare deum veroq; litare tonanti.
Cogitat. illius placita et ſancita refigi.
In nihilū redigi decora. ⁊ monumēta. minatur
Et cineri. delere ipſam deliberat vrnam.
Frenari vlterius neſcit furor. imperat omnes
Chriſtigenas ad ſacra trahi romana. negātes
Aere catenatos. cruciari. in fruſtra ſecari.
Ablegari. vri flāmis. et in equora mergi.
Nuncius ad Gallos. ad iberi fluminis arua
Vltima. ad hybernos. neptunicolaſq; britānos
Ad grai os. ad cappadoces. ad caſpia regna.
Vſq; melanchlenos. vſq; ad pictos agathyrſos
Vſq; ad amaſonias vrbes. aſiamq; per omnē
Cis taurum. Romanus vbi coniungitur indo.
Ad maurum numidūq; domos. getulaq; rura
Ad libye campos. ad areniuagos garamātas
Peruolat. ad nili demum ſtagnantia rura.
Et memphitis agros. vbi regna antiq̄ deorū
¶ Hic erat. vt fama ē. atauis ſata regibꝰ īter
Niligenas forma preſtans. apolonia nymphas.
Splendida maiorum titulis. in murice et auro
Et magnis nutrita opibus. clara inclyta fama

Docta nouas leges hominem ſotera deumqꝫ
A teneris confeſſa annis. ſyncera. viriles.
Nunqꝫ paſſa manus. nunqꝫ paſſura. pudorem
Perpetuum ſummo cuſtoditura tonanti.
Clauſa domi cum matre viam ꝑcluſerat omnē
Delicijs. viduali habitu contenta. lauari
Neſcia. nil thermis debens. nec odorib⁹ vllis
Non capiti nardum. non inſtillabat amomum
Nec hiericuntine redolebat balſama ſilue
Menſa breuis. condita fame. vulgare legumē
Eſca. vel hortenſes herbe. frigentia lymphis
Pocula. producta in ſeram ieiunia noctem
Sepius. ⁊ ſemper victus ſine viſcere ſimplex.
Lucifer aurore ſocius qui cetera vincit
Sidera. iurauit nunqꝫ vidiſſe iacentem.
Luce labor tota. noctu labor. ocia quantum
Ad vitam nature opus eſt. implumia ſtrata.
Et duris tormenta toris. patientia rebus
Optima in aduerſis. ſemꝑ comes. īnuba ſemꝑ
Virginitas. nec non mater prudentia morū. ⁊
Regula virtutum pietas. ancilla tonātis
Relligio. q̄ templa colit. que preſidet aris.
¶In lare ſecreto mater regnante Philippo
Exiguam curuo ſub fornice fecerat aram.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 66

Cum labro luſtralis aque . cū lampade .ꝛ igne
Perpetuo.diuos vbi ſola orare ſolebat.
Hic ſuperum ſimulachra . quibꝰ cuſtodia gentis
Et tutela domus Puer aureus.aurea virgo
Aurea lactenti que porrigit vbera nato.
Aureus ad leuam ſimon romana futuras
Signa tenet claues . fuluū leuat aureus enſem
Paulus. ꝛ ad dextram ſtat miſſa ī pectora barba
Huc veniens mane ante diem ſero ante cubile
Terreſtres animo curas ceu nubila quedam
Importune aciem mentis prohibentia ſurſum
Cernere.paulatim meditando abiegbat.ꝛ vltra
Sidera proſpectum attollens videt alta polorū
Culmina in excelſo diuūq; hominūq; parentem.
Contemplata thorno cum maieſtate ſedentem
Illa infinita.quam circūfuſus adorat
Ingens ſpirituum populus.cui tartara curuāt
Tam longinqua genu .mira dulcedine languet.
Ambroſiam nectarq; bibit terrena voluptas
His collata epulis taxum ſapit.atq; aconitum.
Nec iam viuit.eunt omnes in ſidera ſenſus.
Viſus abit.fugit auditus.trahit omnia ſecum
Mens ſublime volans.fugiūt ſup ethera vires.
Et fit iners animi appendix et inutile corpus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 66

Terrigenũ celo quorũ eſt ſuccedere.multi
Serta manu formata dei lauro atq; amarãtho
Texta gerũt.ſed in his ardet roſa. lactea in illis
Lilia reſplẽdent.violis vernãtia quedam.
Laureolas dicunt.veterum monumẽta laborũ.
Horum autem genus eſt triplex.q̃ fortiter hoſtẽ
Et tormenta ferũt.primi.quos nulla voluptas
Inquinat.et veneris furias domuere.ſecũdi.
Tertius aut grauibus ſcriptis aut ore docẽdo
Surgit honos.alij q̃q; ſine fine fruantur
Elyſio.nullis decorati inſignibus errant
Aetheris in cãpis.vt plebs ſine purpura ꝛ auro.
¶ Sicut enim Rome quondã.dũ antiq̃ manebãt
Regna.ſenatores primis.equ iteſq; ſecundis
Stabant in gradibus .poſt quos ignobile vulgꝰ
Immodicam lateq; patentẽ implebat harenam
Sic amplas celorũ vrbes pop uloſq; frequentes
Ordinibus varijs pater omnipotentis olympi
Digerit.ꝛ proprios meritis diſpenſat honores
Ex tribus his igitur duo prima inſignia virgo
Perceptura breui.turbam non ceſſat egentem
Paſcere diuitibus donis.ꝛ prodigit era.
Seminat in terris quod in ethere colligat aurũ
Sedula.vicatimq; inopes explorat et egros.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 66

¶ Iamqꝫ propinquabant magno fatalia motu
Tempora. Nile tuas celerans procõſul ad vrbes
In quibus. vt fama eſt. priſcus regnabat amaſis
Nauigat ionium ſenis cum faſcibus equor.
Iamqꝫ ſuperba tenet victo que condidit orbe
Menia Alexãder. graditur ioue plenus. ⁊ alto
Lumina circũfert pellea per agmina vultu.
Martis equo ſimilis quotiens per thracia rura
Sub domino greſſum moderans incedit. ⁊ ore
Terrifico accenſum populos iubet ere canoro
Cogere. ⁊ hortari ciues ad ſacra deorum.
Chriſtigenas vero romani nominis hoſtes
Clamari ſi ſacra negent romana tonanti.
Vt ſolet obſcuros laqueis circũdare ſaltus
Venator. canibuſqꝫ feras excire latentes.
Ac premere excitas latratu in retia magno.
Sic ad templa pios miſſis qui lora ferebant
Vrget. ⁊ exorto fremit inclementia bello.
Ipſe ſedet celſo in ſolio ſtipatus vtrinqꝫ
Fuſtibus et gladijs. et habet pro legibus arma.
Plebs leuis ⁊ rerum ſemper ſtudioſa nouarũ
In fora turmatim rapitur. cupidũqꝫ videndi
Triſtia per vicos ruit ad ſpectacula vulgus.
Ecce catenarum. nodis onerata cruentis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 66

Truditur ex laribus patrijs Apolonia regum
Progenies lugente domo. ſub pondere aheno
Vix graditur. longeua parens in flumina ſoluit
Larga genas. totum ĩ gemitꝰ cõſumit' egrũ
Pectus. inardeſcens dolor inteſtina piamqꝫ
Crudeli laniatu animam diſcerpit. euntem
Natam oculis ſequitur. quãtũ licet. vtqꝫ recedẽs
Paulatim ex oculis elabitur. eleuat ora
Cum clamore vocans natã. ſuſpiria natam
Jngeminant. querulo nihil ẽ niſi filia in ore.
At poſtq̃ eſt penitus ſublata ambage viarum.
Ac ſi animã maternã abiens ſecũ ipſa tuliſſet.
Concidit. et gelidos pallor ſuperinduit artus.
Commiſerans caſum luctu vicinia magno
Soluitur. ⁊ totis reſonat querimonia tectis.
Sola ſatellitibus truculente innoxia turbe
Preda datur virgo. Tandem venit ante tyrãnũ
Romano faſtu inflatum. totoqꝫ tumentem
Dite. Puellari poterant precordia forma
Judicis accendi. tantus fulgebat in ore
Virgineo ſplendoris honor. niſi dira/Megera
Et venus. ⁊ veneris proles verſuta cupido
Jd veriti contra inſanos medicamen amore
Feciſſent ſtygio corda implacata veneno.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 66

Continuo intorquens flãmantia lumina cõſul
Vociferat toruum.⁊ vultu ſacra imperat atro.
Quid faciat populo intanto ſub iudice tali
Certa mori virgo viridi vix nubilis euo.
Stat veluti tepidis errans ab ouilibus agna
Inter mi lle lupos. aut iter mille leones
Caprea. que tenera producere cornua fronte
Incipit. aut aquilas inter philomena rapaces
Celicole qui rem ſcierant longe ante futuram
Tempus adeſſe vident quãq̃ ſine tempore degant
Nobilitas vbi nulla dies que fecit et annos.
Curritur ad celi ſpeculas. aperitur olympus
Et ſuperi ex alto ſcelus id tã immane tuentes
Horreſcunt animis. ſtratiq̃ ante ora tonantis
Auxilium tenere etati concorditer orant.
Tunc oculis diuum pater indulgentib⁹ egram
Proſpiciens que noſtra inquit clementia diui.
Que fuerit pietas. ſi dum ſeruare puellam
Nitimur. et vite paucos adiungimus annos.
Non dubitamus eam gemina fraudare corona.
Et duplex auferre decus. Reſecabimus ergo
Quem fecit natura metum. natura beatos
Ignorans poſt fata dies. ſatis iſta ſuperq̃
Auxilia in caſu tanto. nam pena doloreq̃

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 66

Non vt ceca hominum putat ignorantia. mors ē
Quam modo falcatā fingūt. mō arūdine ⁊ arcu
Terribilem. metus eſt mortem qui fecit acerbam
Sic ait. ⁊ magnos animos inſpirat ab alto.
Qui ferre arma q̄ant. ⁊ contra ſtare tyrannū.
Extemplo aduertit mentem caleſcere virgo
Iuſtrari ingenium. rediuiua coaleſcere corda.
Et ſua neſcio quid diuinum in pectora labi.
Fit facunda nihil trepidans. ſicqꝫ ore locuta eſt.
Perdere nos fruſtra conſul Romane laboras.
Nam velut in ſyluis deciſa repullulat arbor.
Et multi ex vna veniunt radice nepotes.
Sic noſtrorum vno centū de funere ſurgunt.
Mors mea natalis multis ex agmine tanto.
Quos mihi ſufficiet pater. ⁊ me in regna ſequēt
Tranſmundana breui. Terrena colonia celū ē
Dijs vero Romane tuis de marmore ductis
Ponere ſacra nego. quia ponere ſacra nefandū
Hec vbi dicta. fremens conſul pertundite clamat
Impia praeduris pertundite cotibus ora.
Ne irritare deos romanaqꝫ numina pergat
Nec mora. corripiunt ſilices. manibuſqꝫ leuatis
Virginis audaces caput inuaſere miniſtri.
Vt viſi excuſſo labi cum ſanguine dentes.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 66

Fit clamor populo inſignem miſerante puellam
Vnqꝫ inferre parat lictoribus ore minaci
Turba ferens grauiter tundi tam ĩmanitur ora
Virginis. ⁊ tanto impietatis turbine ciuem
Innocuam perdi. ſerpit late orta repente
Seditio. ⁊ tan̄qꝫ ſubito freta concita cauro
Fluctuat iratum magno cum murmure vulgꝰ
Vt ſufflare animo. pugneqꝫ accingere totam
Pene vrbem. ſtrictoſqꝫ enſes rutilare per auras
Proſpicit infectis rebus ſubit atria conſul.
Et glomerata cohors raptatã in tecta puellã
Detruſere caui horrentẽ ſub carceris vmbrã.
¶ Nox erat. ⁊ magna celum vertigine quedã
Sidera toollebat. quedã inclinabat in vndas
Occeani. ⁊ pleno lucebat cynthia cornu.
Cum celer a ſumſmo celoꝝ elabitur axe
Nuncius. ingredienſqꝫ locos vbi ſaucia virgo
Orabat gelidi reſidens ſuper aſpera ſaxi
Dorſa. repentina humentẽ luce abſtulit vmbrã.
Atqꝫ ait. o ſtudiũ ſuperorũ. o cura tonantis
Vnica. celituũ ſedes habitura ſuperbas.
Fer magno tormẽta animo. tibi craſtina palmã
Eſt latura dies. flãmis abolebitur omne
Quod mortale geris. nec erit tibi flãma dolori

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 66

Impete nãqꝫ vno vitalē incendia ſenſum
Surripient.animã mēbris labentibus ipſe
Protinus educam.venieſqꝫ in ſidera mecũ.
Atqꝫ triumphato capies noua regna tyranno.
Neu dubites mēbra hec.que nil niſi teſtea quedã
Sunt animi vaſa eterni.deponere.mentē
Scito reuerſuram nũq̃ ad ſancta illa piorum
Concilia ⁊ cetus superũ.niſi pondus ⁊ vmbrã
Diluat.ac fiat ſine mole eſſentia ſimplex.
¶ Nũc ſe oblita graui cubat in tellure ſupulto
Ingenio.atqꝫ alienato velut ebria ſenſu.
Res mira.vt fuerit tandē ſibi reddita.ſurget
Tota oculus.tota ingenium.perteſa cloacam
Corporis.exhorrēs tã obſcura obſcenaqꝫ clauſtra
Functa paroxyſmis curarum.exuta proteruos
Omnino affectus.leta.⁊ nihil indiga rerum
Terrenarum.igni leuior.pernicior euro.
Et ſemper ſine nocte vigil.ſine lumine lumen
Semper habēs .ſine luce videns.ĩpune ꝑ ignes
Subter aquas impune means.ignota.nec vlli
Viſa die noctuqꝫ vias.fora.templa peragrans
Pro arbitrio.ſubiens etiam penetralia tecta.
Et quecũqꝫ putant homines arcana ſubintrans
Nil mortale timens.hominũ q̊qꝫ fallere ſenſus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 66

Et mutare potens. et perſuadere quod optat.
Deniq; ſufficiens ſibi ſola. ſimillima diuis.
Hic ait. ⁊ placidis afflatam leniter auris
Integrat excutiens heſternā a pectore cedē.
Continuo apparent varijs ſub vultibus ora
Plurima diuorum in vacuo pendentia celo.
Multaq; de ſuperum patria. de principe diuum
Fantur. ⁊ hoc lāguentē animāt ſermone puellā
Conſulis heſterno rabies perterrita caſu
Roditur. ⁊ ſimilis colubro. qui vulnere tardus
Heret humi ſeſe intorquens. iram atq; dolorem
Concipit. ⁊ duplici corda irritata veneno
Nec frenare poteſt. nec opus differre nefandū
Egerat inſomnis noctem mala plurima voluēs
Que ſanctis inferre parat. mens perdita lāguet
Quā neq̄ant peiora dari. Conſiderat ignes.
Vincla. cruces gladios. ⁊ verbera. concipit ōne
Quod torquere poteſt. ſiculorū antiqua reuoluit
Geſta tyrannorum. nūq̄ intellecta deorum
Callidus interpres meditanti atlātius offert.
Mille modos graſſandi aperit. Aphrodiſia mille
Progenies. totidem mars et tritonia. diro
Nil ſatis eſt odio. de tot cruciatibus iram
Nil explere poteſt. bilem nihil equat acerbam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 66

Dumqꝫ animos agit in gyrum veſana libido.
Surgit. aceruariqꝫ iubet; prope littora ponti
Ligna ſtrue ingenti. mox de ſquallente baratro
Per poſtica trahi facit ad tormenta puellam.
Menibus occluſis. ne ſeditione cruentum
Perderet excita rurſum. velut ante. laborem
Ipſe ſatellitibus ꝓperat ſtipatus. ⁊ armis.
Et meleagreo q̃ꝫ mox furibundior apro
Atqꝫ calydonij facie truculentior vrſi
Imperat accendi porrectam in ſidera miſſo
Igne pyrã. fraudum artifices ſcelerũqꝫ magiſtri
Diui adſunt iram ſtimulis odiumqꝫ cientes.
Ventipotens ſubito lictoris imagine ſumpta
Aeolus adductis correptam follibus auram
Comprimit. ⁊ fauces adiungit follibus amplas
Pronus humi. bucciſqꝫ tumentibus incitat ignẽ
Mulciber in ſpeciẽ prunarũ euadit. ⁊ ardens
Ligna ſubit. flammãqꝫ leuat per inane volantẽ
Tũ fedos vertens oculos. ⁊ in ora puelle
Conſuliens cilio adducto. ſemel elige clamat
Aut vri. aut noſtris libamina ponere diuis.
Illa autẽ ſurſum verſo paulum ore morata eſt
Oranti ſimilis. mox ſe conuertit ad ignes
Subridens. vultuqꝫ hilari diſſoluite dixit

Vincla pedū. manuūq; graues auferte catenas
Conſulis vt mandata ſequar. tum protin9 illā
Expediunt leti properare ad ſacra putantes
Ipſa nihil dubitans poſtq̄ veſtigia ſenſit
Libera. prerapido ſubit alta incendia curſu.
Flammarū ſubito circū ora volubilis vnda
Fluctuat. ⁊ bibito ceſſauit anhelitus eſtu
Exanimū corpus veriti conſumere numen
Aſſiſtens ſenſere ignes. circumfluus ardor
Lambere contentus tanq̄ daret oſcula ſacre
Relligioſa cuti. membra inuiolata reliquit.
Chriſtigene noctu dubitant inferre ſepulchro
Relliquias vario inter ſe ſermone loquentes.
Ambiguum tandem pietas animoſa timorem
Vicit ⁊ egreſſi in littus rapuere cadauer.
Syncerum. quod nulla auiū quod nulla ferarū
Attigerat morſu. ſine ſigno ardoris. amomum
Ac cyprum redolens. vultu venerabile pulchro
Illatumq; vrbi ſcalis ad menia miſſis.
Fonte lauant tepido. myrrheq; liquorib9 vnctū
Dant tumulo gemebūdi ōnes. multoq; rubētes
Fletu oculos. totāq; trahunt in funere noctem.
Mens ſuſcepta choris ſuperum tranare volatu
Incipit excelſo rubri ſuper equora ponti

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 66

Alitis in morem. riphea cacumina leua
Aethiopes dextra videt. oceanūq; calētem
Trans arabes fugit. ⁊ perſas carmanica regna
Tranſit. ⁊ indorum fines. vbi labitur indus
In mare multiuado curſu. procul aſpicit amnen
Gāgis. ⁊ ī tumulū veniūt. vbi magnꝰ hiarchas
Dicitur agreſtes olim docuiſſe ſophiſtas.
¶ Hic inter miſſo paulum requieſcere curſu
Dijs viſum. gelida palme reſidere ſub vmbra.
Tum veteres animo voluens. apolonia curas
Sic fatur. que mortales amentia diui
Tanta premit. que lux oculos ꝑſtringere. q̄ nox
Vſq; adeo obcecare poteſt. vt cernere non ſit
Fas longos que erūt a dies. que damna ſequātᵉ
Tempora nec videant ſibi noxia. corpora olentes
Eſſe ſepulturas terrena negotia ſaxum
Siſyphia ceruice cadens. vndamq; ſororū
Pertuſis labentem vrnis. iſionis orbem
Eſſe metus. eſſe inſidias. eſſe anxietates
Que torquent roduntq; animos fallacia poma
Et mendacis aque fluuium quem Tantalus ore
Inſequitur. ſpes inualidas. ſudataq; fruſtra
Vota hominū temere audētū. cū corpore vinctā
Ferre animā quicquid penarū aſcribitur orco


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 66

Proſequitur mirans itidem mortalia corda
Sic horuere necem. quam ſi dignoſcere fas ſit.
Sponte ſibi aſciſcant nature arcana videndo
Gaudet. ⁊ exultans oculis circūlegit orbem
Terrarum. pelagi ſtagna alta. volubile celum
Unde lacus amneſqȝ fluāt. que fontib⁹ vndam
Suppeditēt cauſe cur terre immobile pondus
Pendeat. ⁊ cur tot ſeclis flagrauerit etna
Cur careat ſemper pluuijs. cur flumine tanto
Eſtuat egiptus. niliqȝ intelligit ortum
Quid moueat molē vndarū. qua lege ferantur
Equora. qua volucres veniāt ab origine venti
Quas maculas luna ore gerat. q̄d ſidera verſet.
Quot celi. q̄t eorū axes. an in ōnibus vnus
Num ſint corporei. num ſint ſine corpore diui
An mundus ſine fine capax. an limite certo
Clauſus. ⁊ an viuunt. ⁊ ſint animātia celi.
Omnia mēte capit nihil ē quod ſcire volentem
Effugiat. nihil ē rurſū quod habere volenti
Deficiat. ſecura necis. ſecura dolorum.
Taliter affecte ſuperi quid perdimus aiunt
Tempora. diuinorum operū ſi tanta voluptas
Scire genus. quid ſcire deum. preſentiaqȝ ora
Cernere. nil aliud potis ē ſperare voluntas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 66

Altius. huc curſus noſtris hec vltima votis
Meta. q̄d hic terimus v̄ba inter plurima tēpꝰ
Ergo iter ingreſſi ſeqȝ in ſublime leuantes
Pretereunt indos. iam nil niſi pontus ⁊ aure
Sub pedibus. ſuperant ignes. in aperta ferūt
Atria celorum tenebrarum expertia. nocti
Inuia. vix tellus (tam paruo includitur orbe)
In medijs apparet aquis. iā ſidera gaudent
Contrectare manu. vadunt qua tēpora veris
Inchoat. ⁊ gelida titan diſcedit ab vrna.
Vltra ſupergreſſi iuga ſumma ardētis olpmpi
Tandem ineunt: vbi diuorū domꝰ atqȝ tonanti
Curia. ⁊ noſtro requies non cognita mundo.

Finis



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 66



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 66



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 66

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 66

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 66

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 66

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 66

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 66

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 66

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 66

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 66

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 66